BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XIV
C
19
NAPOLI
C.
19.

DE VOCE
CANONICORVM
IN CAPITVLO,
OFFICIO IN CHORO,
ET MISSA IN ECCLESIA.

TRACTATVS
Elegans, vtilis, & neceſſarius,

Nedùm Canonicis, & alijs in Congregatione decidentibus, & cunctis ad recitationem diuinorum officiorum, & celebrationem Miſſarum obligatis, ſed doctis, & pijs Viris, ac omnibus fidelibus maximè fructuoſus.

AVTHORE
ABBATE ANTONIO RAGVCIO V. I. D
Canonico, & Maiori Pœnitentiario Eccleſiæ Beneuentanæ,
Illuſtriſs. & Reuerendiſs. D. Scipionis Cardin. Burgheſij
Abb. S. Sophiæ, Vicario, & Illuſtriſs. et Reuerendiſs.
D. Alexandri de Sangro Patriarchæ, Archiep.
Beneuentani Generali Viſitatore.

Cum Summarijs, & Indice locupletiſsimo.



NEAPOLI, Ex Typographia Lazari Scorrigij. M. DC. XXI.
Sumptibus Io. Dominici Boue excuſſus.

ILLVSTRISS. ET REVERENDISS. DOMINO

D. SCIPIONI BVRGHESIO

S. R. E. CARDINALI

Ampliſsimo.

ANTONIVS RAGVCIVS CANONICVS, & Maior Pœnitentiarius Eccleſiæ Beneuentanæ Fœlicitatem.

AGunt, meo iudicio, prudenter, qui, opus aliquod edituri, Patronum illi deligunt, cuius nomen, & beneuolentiam captet legentium, & inuidorum, qui plerunque quærunt quod reprehendant, quàm quod ediſcant, refrænet audaciam.

Nè, ego ad præſtandum utrumque prudentiùs, quippequi huic operi Te Patronum præ omnibus elegi, Te, Cardinalem Ampliſſimum, Te, fel. record. Paul. V. digniſsimum Nèpotem, Te, qui illius noui Atlantis Auunculi tui, onus ſæpe ſubleuaſti, lætatus es gloria, ſanctitatem, & Maieſtatem ſuſpexiſti, ac Prudentiam, eius uoluntati, in omni officij genere obtemperando, diligenter es imitatus. Te, ob ſummarum Virtutum merita, & meritorum magnitudinem, grauiſſimis Chriſtianæ Reip. adminiſtran-

dis muneribus, eo Pontifice, præfectum, Te, in quo ita humanitas, & benignitas, cæteræquè Virtutes uidentur inter ſeſe quodammodo decertare, ut admirantibus dubium ſit quæ nam ſibi uendicet principatum, cum unaquæque alijs præire officioſè contendat. Te, de quo meritò dici poteſt (ut de Camillo dicebatur) quod Naturæ opus ſis admirabile, ac uirtutum uiua imago, & uirtutibus ornatorum gratiſſimus Mœcenas. Te, qui excellenti uirtutum indole, ac diuina propè animi moderatione, ad æternam famam hominum floreſcentem currere non deſiſtis. Te, qui pia tunc Auunculi tui conſilia ad Chriſtianam Rempub. fulgiendam conſtantiſſimè adiuuaſti, & nullum eius rei gratia laborem, aut uigiliarum incommodum reſpuiſti, in eamque curam dies, noctesquè elaboraſti, ut intelligere omnes potuerint, eo Te procreatum eſſe, ut optimi Pontificis præcepta exhauriens, ſaluti ſubiectorum conſuleres. Te, qui Prudentiæ nitore mirifice eluces, & prouida conſiliorum maturitate perfulges. Te, qui in florenti ætate (quod rariſſimi exempli eſt) ſummam uitæ integritatem cum ſumma comitate, ac facilitate in tam excelſo gradu copulaſti, quo fit ut abs te nemo non ſui uoti compos (quod peculiare tuum eſſe audiui) diſcedat. Hinc omnes meritò Te celebrant, quod ſcilicet collegis eiuſdem ampliſſimi ordinis, quo nullum habet terrarum Orbis auguſtiorem difficile ad imitandum exemplum, relinquis, ut non ipſe aliorum æmulus reddaris, ſed æmulandæ uirtutis, Te ipſum alijs præbeas exemplum, quò dici congruenter poſſit, Te in adminiſtratione munerum, ſucceſſores poſſe habere, in uirtutibus, haudquaquam, aut perdifficile.

Sed Illuſtriſſime Scipio, Te ipſum cum dico, nè illa quidem dico, & uultus, & totius corporis dignitatem, quæ tibi omnium animos, primo ſtatim aſpectu, conciliat (licèt uerè dicatur, gratiores in pulcro corpore eſſe uirtutes) ſed quæ in Te ſunt ueriora, & ſolidiora bona, Te inquam, & tot nominibus clarum huic Operi diuum Tutelarem elegi, & maximè exopto.

Et licèt ab electione hac mea deterrere me uideretur tui Nominis Maieſtas grauioribus occupata muneribus, & dignioribus aſſueta

ra Scriptoribus. Contrà uerò, benignitas, illa tua, adque colendam omnibus obuia, & quæ omnibus bonis animum facit, ſuaderet. Singularis tamen ſeruitutis meæ uinculum, peculiari quodam modo, ad te aliquo tributi laude uenerandum, fecit me debitorem. Quod ſcilicet Abbatialis tuæ inſignis Eccleſiæ ſanctæ Sophiæ iuriſdictioni ampliſſimæ adminiſtrandæ, Domini mei Alexandri de Sangro Patriarchæ Alexandrini, Archiepiſcopi Beneuentani, etiam teſtimonio commendatum (licèt antea nominis tui deuotiſſimum, & obſeruantiſſimum ſeruum) Vicarium Generalem præficere, & in tuorum ſeruorum numero dignatus ſis adoptare, pro quo gratias tibi ago, quot poſſum innumeras, & cum referre non ualeam, habebo tamen immortales. Interim credas uelim, quod quantum tibi ex uirtutibus, dignitatis, atque authoritatis additum eſt, tantum ueteri, erga te meę obſeruantiæ, & officij incrementum acceſſerit. Opus igitur Nomini tuo ſplendoris, & reuerentię pleniſſimo offero, committo, conſecro, ea etiam certa ſpe doctis, & pijs uiris haud inutile, ſed omnibus gratum futurum, quòd tanto Principi dicatum eſt. Et quidem ſi aut ex ſua, aut ex tua dignitate ſpectetur perexiguum; ſi ex uiribus meis, mediocre; ſi ex animo, magnum, ſed magnam honoris acceſſionem factam illi puto, dum ſub tui nominis ſplendore in manus hominum uenit.

Accipiat igitur Illuſtriſſima Amplitudo tua humillimi ſerui munuſculum, in eoquè nil præterquam in celeberrimum tuum nomen animi mei propenſionem, atque ut alijs proſim ſtudium, agnoſcas.

Et quamuis dum exiguitatem muneris, quam diſſimulare non poſſum, cum Amplitudinis tuę meritis, confero, ſuffundar rubore, & dum gratum officium exequi ſtudeo, crimen audacię incurrere metuam, tamen facilitas iſta recreat me, animi tui ſcilicet illa cunctis nota, benignitas. Habet enim maieſtas in ſuis laudibus ſingulare hoc non ultimum quod & exigua dignatur, & quæ magna dare conſueuit, minima tamen minime aduerſatur.

Nunc, quantum ad me attinet, haud ociosè natum me putabo, ſi cum alijs tuarum laudum præconibus, connumerer, & Pauli Quinti Pontif. Opt. Max. (cuius memoria in benedictione ſit) Nepotem

egregium,

egregium, quem Vrbes, & Regna, de eorum publico bono optimè meritum, in oculis ferunt, ipſe quoque, quo potui ſeruitutis genere ueneratus apud poſteros dicar. Et Deus, ut oro, Amplitudinem tuam Illuſtriſsimam, diu conſeruet felicem, & incolumem. Beneuent. ex Abbatiali Palatio Sanctæ Sophiæ, die 10. *Auguſti* 1621.

CAESAR MACHABEVS S. TH. ET I.V.D.
Prothonotarius Apoſtolicus apud Illuſtriſs. Archiepiſc. Beneuentanum, Examinator, & Iudex Synodalis,

Ad Canonicos.

QVorſum carpit iter? quorſum ſtudioſa voluntas
Fertur in incertum? Nox ruit, ecce dies.
Regula Iuſtitiæ, cunctis debentibus illi
Doctrinæ medijs, arte labore datur.

IOANNIS BAPTISTAE BILOCTAE
Patricij Beneuentani.

SI noua cuncta placent; nouus hic tractatus vbique
Gratus erit doctis, gratus vbique pijs.
Nam docet à priſcis, docet haud tractata modernis,
Propterea Authorem ſecla futura canent.

IO. BAPTISTAE DE PHILIPPO I.C. BENEVENT.
ad Librum.

I Liber, & totum profer noua dona per orbem,
Quà Sol exoritur, vel quà caput abdit aquis.

D. IVLII CAESARIS BARRICELLI
Medici, & Philoſophi excellentiſſimi
ad Auctorem.

SI noua cuncta placent, nouus hic tractatus, & alta
Plenus doctrina, non placiturus erit?
Si nouus hic Liber, inuidiæ videatur inanis,
Deſpice, nam laus eſt, diſplicuiſſe malis.

AD

AD BENIGNVM LECTOREM.

HAbes, benigne Lector, Tractatum hunc nouum, propediem habiturus hæc alia opera noſtra, Lucernam Parochorum, ſeu Catecheſim ad Parochos Diœceſis Beneuentanæ, Vaſculum Eccleſiaſticæ diſciplinæ, Tractatum de ſtatu animarum in præſenti vita, & in altera; Literalem, & germanam expoſitionem ſacræ Geneſis, & Tractatum Viſitationis. Roga Deum pro me, & vale in Domino.

INDEX
LOCVPLETISSIMVS
RERVM OMNIVM
ALPHABETICA SERIE DISPOSITVS.

A

ABbatiam, vel Prioratum habens in titulum, vel Commendam, cum perceptione fructuum, tenetur ad recitationẽ diuini officij num. 3. fol. 72. & nu. 1. fol. 76.

Abbates de iure dicuntur Prælati num. 5. fol. 3.

Abbatis Panormitani doctrina in cap. cum nobis de elect. declaratur nu. 3. fol. 19.

Abſcindens ſibi aliquod membrũ, etiam ſi ſit occultum, nõ poteſt celebrare nu. 1. fol. 111.

Abſens à loco, vndè vocari debet, ſi iuſto impedimẽto detinetur, poteſt conſtituere procuratorẽ ad eligendum nu. 9. fol. 41. & nu. 20. fol. 43.

Abſens cauſa ſtudij tenetur recitare diuinum officium n. 5. fo. 76. Amplia nu. 6. fol. 77. col. 1.

Abſens vltrà dietas nòn eſt citandus, & ius conſtituendi procuratorem ei non fauet n. 6. fo. 40. Amplia nu. 7. 8. ibid. & fol. 41.

Abſentes, vt poſſint percipere diſtributiones quotidianas, vacãtiæ vnius menſis, vel plurium eis non proſunt n. 6. f. 91. col. 1.

Abſtemius, ideſt abhorrens vinum omninò, non poteſt celebrare Miſſam nu. 2. fol. 107. col. 1. Neque debet ordinari, & ordinatus non debet celebrare ſub nu. 1. fol. 179. col. 1.

Actus expletus in Capitulo valet, licet inhabiles, & priuati non fuerint vocati nu. 5. fol. 11.

Actus voluntarius factus à maiori parte Capituli valet, repugnante, & reluctante minori, cum declarat nu. 1. fol. 13.

Adminiſtratio iuriſdictionis reſidet penes totum Capitulum, antè electionem in Capitulo n. 2. fol. 53.

Amputans ſibi genitalia, etiam ad vitandum luxuriam, vel credens id placere Deo, non poteſt celebrare ſinè diſpenſatione Apoſtolica nu. 2. fol. 111.

Angeli boni non poſſunt conſecrare Sacramentum Miſſæ nu. 4. fol. 168. col. 1.

Angelus Roccha Apoſtolici Sacrarij Præfectus, laudatur ſub nu. 2. fol. 202. col. 1.

Anniuerſarium, ſi occurrat die

Dominico, celebrari debet die præcedenti, ſcilicet in Sabatho, & non die ſequenti num.4.fol. 201.col.1.
Apoſtoli addiderunt aliqua Miſſæ, nu.2. fol.99.
Appellari non poteſt à ſententia Capituli, ad effectum ſuſpenſiuum, ſed in deuolutiuo ſecus, nu.3.fol.28.
Aqua vllo modo eſt apponenda poſt conſecrationem, & redditur ratio nu.2.fol.181.col.2.
Archidiaconi de iure dicuntur Prælati nu.5.fol.3.
Archidiaconus præcedit Archipræsbyterum, licet ſit minor, vel in ætate, vel in promotione nu.3.fol.9.
Archidiaconus, qui non eſt Canonicus, quomodo habet vocem in Capitulo nu.4.fol.20.
Archidiaconi doctrina eſt maximæ authoritatis nu.5.fol.13.
Archipræsbyteri de iure dicuntur Prælati, nu.5.fol.3.
Audire prædicationem contēnens, peccat mortaliter nu.2.fol.197.
Audiens mediam Miſſam in vna Eccleſia, & mediam in altera, vel in eadem, ſecluſa malitia, an ſatisfaciat præcepto, adducuntur diuerſæ opiniones nu.1. fol. 189.
Audiens Miſſam extrà propriam Parochiam, an ſatisfaciat præcepto nu.1.2.3.fol. 190.
Audiens Miſſam à quocumque Sacerdote miniſtrante, ſatisfacit præcepto audiendi Miſſam num.1.fol.191.col.2.
Audiens Miſſam à Concubinario publico, notorio, & denunciato peccat mortaliter, & non ſatiſfacit præcepto, & adducitur declaratio Concil. Mantuani ſub Papa Alexandro celebrati nu.1.fol.192. Amplia nu.2.3.4. 5.6.ibid.& fol.193. col.1.
Audiens Miſſam non ieiunus, peccat venialiter, ſecluſa malitia, vel contemptu n.2.f.193.col.2.
Audiens Miſſam recedens ab ea antè benedictionem, an ſatisfaciat præcepto, & ſic à prædicatione nu.3.fol.197.
Audientes Miſſam, & colloquentes, aut cachinnantes in ea, ſi ſatisfaciunt præcepto, tamen male faciunt, dummodò non ſit tantum colloquium, quod eſſet peccatum ſcandali, quia non ſatisfacerent n.1.fol.196. col.2.
D. Auguſtinus Vrſulupus Archipræsbyter Eccleſiæ Beneuentanæ laudatur ſub nu. 1.fol.139.
Author fuit Secretarius, & Compoſitor Synodi Dioeceſanæ Beneuenti celebratæ ſub Illuſtriſſimo Maximiliano de Palumbaria ſub nu.2.f.121.col.1.
Auxilium diuinum imploratur in principio ſingularum horarum, quia in Dei nomine omnia facere debemus.n.7.fol.69.

B

BEneficia plura habens, non tenetur recitare plura officia, ſed ſemel tantum nu.3.fol.71. & nu.7.fol.96.

Bene-

Beneficium tenue habens, etiam ſi non ſufficiat ad vitæ ſubſtentationem, tenetur recitare diuinum officium nu.1.fol.72.

Beneficium renuncians, reſeruatis ſibi omnibus fructibus, etiã tenetur recitare diuinum officium n.2.fo.76.limita ibid.n.3.

Beneficium poſſidens nulliter, nõ tenetur recitare officium diuinum nu.2.fol.78.

Beneficiatus obligatur ad horas Canonicas, vt ſatisfaciat prò Fundatoribus beneficiorum nu.4.fol.68.

Beneficiatus, an teneatur dicere officium ſtatim poſt collationẽ, etiam non capta poſſeſſione, adducuntur multæ opiniones nu. 1.fol.77.col.2.

Beneficiati tenentur recitare diuinum officium, etiam ſi ſint tantum prima tonſura initiati nu.1.fol.71. Limita ibid. nu.2. & ſub nu.3.

Beneficiati, vel in ſacris conſtituti ſtatim obligantur ad recitationem diuini officij, & declaratur Concil. Lateranenſ. Seſſ. 6.nu.1.fol.74.

Berengarius hæreticus ab hæreſi ſe emendauit, ob proceſſiones Sanctiſſimi Corporis Chriſti nu.4.fol.202.

Breuiarij Romani regula debet ſeruari in recitatione diuini officij in Choro nu.3.fol.84.

C

CAlix fractus indiget conſecratione, ſi ei eſt ablata forma prima nu.1.fo.126.col.2.

D. Camillus Caſtellanus olim Auditor Illuſtriſſimi Maximiliani de Palumbaria Archiepiſcopi Beneuentani, & poſtea Sancti Caroli, laudatur num. 5.fol.96.

Canonicatum ſolùm babentes, habent vocem in Capitulo nu.2. fol. 7.

Canonicatum, & præbendam habens, ſi de vno tantum percipit fructus, tenetur recitare diuinum officium nu.4.fol.76.

Canonicus etiam quod nõ ſit Subdiaconus habet vocem in Capitulo, ſi Pontifex diſpenſat in ætate nu.7.fol.8.

Canonicus cui facta eſt collatio Canonicatus, abſque alia inſtallatione habet plenum ius, tàm in voce in Capitulo, quàm in alijs num.2.fol.9.

Canonicus priuatus, & reſtitutus, quem locum habebit nu. 2. fol.24.

Canonicus, ſi creatur per Papam, eſt valida poſſeſſio data per ſingulos Canonicos, etiam quod non ſit data in pleno Capitulo nu.5.fol.25.

Canonicus excommunicatus, ſeù aliàs prohibitus, ſi admittitur ad dandum vocem in Capitulo, actus inficitur nu.5.fol.27.

Canonicus, ſi tanquam nouus dat fructus primi anni, vel aliud Capitulo ſi poſtea diuidantur inter ſingulos, dabitur ei portio competens prò rata nu.2.fo.28.

Canonicus reſignans canonicatum, non priuatur poſſeſſione ſua, quouſque alter coeperit poſſeſſionem. nu.5. ibid.
Canonicus non dicitur habere ſucceſſorem, & quod eſt debitū de redditibus beneficialibus, ſpectat ad capitulum nu.1. fol.29.
Canonicus habet tantum viuere de præbenda, & quod ei ſupereſt, debet conuerti in pios vſus nu. 2. ibid.
Canonicus non valens ire ad dandum vocem in capitulo, reputatur vt abſens nu.3. ibid.
Canonicus poteſt eſſe teſtis contra alium canonicum nu.6. ibid.
Canonicus nouus debet præſtare iuramentum fidelitatis etiam Prælato capituli nu. 2. fol.30.
Canonicus non inſtallatus, non debet vocari ad dandum vocē in electione, nec vt contemptus poteſt impugnare n.1. f.31. co.2
Canonicus reuelans ſecreta capituli eſt falſus, & mentitur vt periurus nu.3. ibid.
Canonicus impeditus, an poſſit conſtituere procuratorem ad dandum vocem in capitulo nu. 1. fol. 32.
Canonicus infirmus habetur prò præsēti in choro, cum declarat. nu.9. fol.33.
Canonicus ſupernumerarius non connumeratur inter alios canonicos ordinarios nu.3. fol.37.
Canonicus, ſi fuit electus ad aliā dignitatem, & eo præſente, & non contradicente, fuerit facta collatio à ſuperiore de ſua præbenda, valet nu. 1. fol.38.
Canonicus, ſi iurauit obedire ſuo Prælato, intelligitur in his, quæ ſpectant ad officium ipſius Prælati, concernens ſeruitium diuinum nu.2. fol. eod.
Canonicus exterus per adeptionem canonicatus, qui eſt dignitas, efficitur ciuis nu.4. ibid.
Canonicus, vbi non expectat confirmationem, poteſt renunciare in manibus capituli nu.5. ibid.
Canonicus poteſt in eadem Eccleſia obtinere canonicatum, & eſſe capellanus, ſed non poteſt obtinere duos canonicatus, nec duas capellanias nu.6. fol. eod.
Canonicus habens vocem in capitulo in electione, ſi eſt in loco, vndè vocari debet, & non vocatur, poteſt caſſari facere electionem factam, eo abſente nu.1. & 3. fol.40.
Canonicus, ſi iuſtè erit abſens, an ſi voluerit conſtituere procuratorem aliquem de capitulo, & nullus vellet recipere, poſſit cogi aliquis ad recipiendum, referuntur diuerſæ opiniones nu. 18. fol.43.
Canonicus abſens poterit præſcribere procuratori ſuo de certa perſona, ſed non capitulo num. 19. ibid.
Canonicus poteſt proprio nomine agere, abſque mandato, prò iuribus ſuæ præbendæ, cum declarat. nu.7. fol.62.
Canonicus poteſt lucrari diſtributiones

tiones quotidianas, ſi inſeruit cura animarum, capitulo, vel ſi abeſt prò ſeruitio ipſius capituli nu.6.fol.64.

Canonicus, ſi eſt Theologus, vel Lector, eo die quo legit non amittit diſtributiones, ſimiliter Poenitentiarius dùm confeſſiones audit cenſetur prò præſente n.7.ibid. Amplia n.8.ibid.

Canonicus debet eſſe in Eccleſia à principio officij num. 7. fol. 91. col. 1.

Canonicus, ſi vadit ad chorum, ſola intentione lucrandi diſtributiones quotidianas, committit ſimoniam mentalem num. 9.fol. 96.

Canonici ſupernumerarij non habent vocem in capitulo n.2.f.1.

Canonici citantur ad dandum vocem in capitulo, & citatio conſtituit non venientes in contumacia nu. 1.fol.10.

Canonici abſentes non vocantur in capitulo, niſi in arduis, cum declarat.nu.5.fol.15.

Canonici non poſſunt dare vocem in ſcriptis, vel in voce ſeparatim, ſed ſimul congregati nu. 1.fol.17.

Canonici congregati aliquò modo inſolito in numero ſufficienti, poſſunt expedire nu.5. ibid.

Canonici, ſi omnes eſſent vocati, & citati, & duo, vel vnus tantum compareret, ille vnus poteſt expedire, præſente tamen Superiore capituli nu.6.fol.18.

Canonici nullam habent iuriſdictionem ſuper canonicos, niſi ex conſuetudine num.3.fol.23.

Canonici facientes aliquod cum capitulo, quomodò dicatur factum, declaratur nu.4.fol.33.

Canonici, niſi obſtet ſpecialis conſuetudo, poſſunt per alios canonicos, ſeù alios extraneos officiare in Eccleſia collegiata num. 7.ibid.

Canonici noui debent habere fructus, qui diuiduntur in capitulo de annis præteritis n.8.ibid.

Canonici non poſſunt opponere nec de loco, nec de impedimento facta electione, etiam quod in mandato non adſit iuramentũ n.11.fol.42. Amplia n.12.ibid.

Canonici, ſi in capitulo diſcordarent in eligendo Vicarium, Epiſcopo mortuo, quid agendum nu.1.fol.53.

Canonici non poſſunt lucrari diſtributiones quotidianas, ratione trium menſium, quibus abeſſe eis licitũ eſt nu.1.2.3.f.63.

Canonici vti canonici ſunt exempti, non tamen erit exemptum capitulum nu. 7.fol.36.

Canonici, ſiuè alij Præsbyteri, vel clerici non habent vocem in conſilio laicorum nu.10.fol.36.

Canonici non poſſunt renunciare priuilegio honorabili Eccleſiæ nec tacitè, nec expreſsè n.3.f.38.

Canonici quomodò ſe habeant gerere in choro nu.1.fol.66.

Canonici, vel Beneficiarij non recitantes officium diuinum ſtatutis horis in choro, non lucran-

erantur diſtributiones quotidianas nu. 2. fol. 94.
Canonicorum duæ partes non poſſunt recipere aliquem extraneum non canonicum ad dandum vocem in capitulo nu. 1. fol. 14.
Canonicorum duæ partes ſaltèm debent ſimul conuenire, vt valeat cõcluſũ in capitulo, n. 2. ibi.
Canonicorum conuocatio poteſt fieri perſonum campanæ, & declaratur nu. 4. fol. 17.
Canonicorum nomina apponere in Inſtrumento à capitulo confecto, non eſt neceſſe, ſed ſufficit dicere, capitulũ ſic fecit n. 1. f. 26
Canonicorum officium in Choro quid ſit. nu. 1. fol. 65.
Canonicorum Punctator, vel aliorum obligatorum abſentium à choro, ſi malitia, vel odio non rectè exercet officium ſuum, committendo, vel omittẽdo peccat mortaliter, & tenetur ad reſtitutionem nu. 3. fol. 95.
Capellaniam habentes à perſona Eccleſiaſtica tenentur recitare diuinum officium nu. 2. fol. 72.
Capellani, & alij beneficiati in Eccleſiis capitularibus, vel collegiatis non ſunt de corpore capituli, ſeu collegij nu. 3. fol. 5.
Capitulum quid ſit nu. 1. fol. 1.
Capitulum, Collegium, Conuentus, & Vniuerſitas ſunt ſynonima nu. 4. fol. 2.
Capitulum, Collegium, & Conuẽtus vndè dicantur nu. 5. ibid.
Capitulum ibi dicitur adeſſe, vbi eſt maior pars canonicorum, licet aliqui contradicant num. 7. fol. 11. Declara nu. 8. 9. ibid. & fol. 12.
Capitulum, ſi non ratione, ſed voluntate contradicit Prælato, valet quod facit Prælatus, & ipſi de capitulo haberi debent prò conſentientibus nu. 4. fol. 13.
Capitulum, ſi eſt congregatum in numero ſufficienti, & aliqui exeant, qui remanent poſſunt expedire; non obſtante aliorum abſentia nu. 2. fol. 18.
Capitulum Sede vacante poteſt vnire beneficio, ſicut vnit Epiſcopus viuens nu. 1. fol. 22.
Capitulum nullam regulariter habet iuriſdictionem, niſi ex priuilegio, vel conſuetudine nu. 2. ibid.
Capitulum, an poſſit, Epiſcopo mortuo inſtituere, & confirmare electos remiſſiuè nu. 8. fo. 23.
Capitulum, ſi vocat canonicum non vocandum, ſi eo non expectato negotium completur, & expeditur, actus valet n. 3. f. 24.
Capitulum non venit appellatione perſonarum nu. 1. fol. 35. Limita nu. 8. 9. fol. 36.
Capitulum, & collegium non poſſunt excommunicari num. 3. fol. 35.
Capitulum poteſt remittere iuramentum in mandato requiſitũ, quia ob eius incredulitatem eſt introductum nu. 17. fol. 42.
Capitulum, mortuo Epiſcopo, ſuccedit ei in his, quæ ſunt iuriſdi-

ctionis nu. 1. fol. 44. col. 2. Declara nu. 2. fol. 45. Limita nu. 3. 5. ibid. Amplia nu. 4. ibid.

Capitulum, Epiſcopo mortuo, ſuccedit in omni iuriſdictione, exceptis caſibus aliquibus nu. 1 fol. 46. col. 1.

Capitulum, Epiſcopo mortuo, debet infra octo dies creare Vicarium, aut exiſtentem confirmare, cum declarat. n. 1. f. eod. col. 2

Capitulum quod ſuccedit in iuriſdictione Epiſcopi mortui, dicitur ferè par ei nu. 1. fol. 47. Succedit etiam pleno iure, tàm in ſpiritualibus, quàm in temporalibus, nu. 2. ibid. Amplia nu. 3. 4. ibid.

Capitulum non ſuccedit, ſi Epiſcopus mortuus habebat in exercitio iuriſdictionis aliquem collegam nu. 1. fol. 48. Intellige nu. 2. ibid. Amplia nu. 3. 4. 8. ibid. & fol. 49. Limita nu. 7. ibid.

Capitulum, mortuo Epiſcopo, an ſuccedat ei in his, quæ ſunt ordinis Epiſcopalis nu. 1. fol. 49. col. 2. Succedit etiam in munere viſitandi Dioeceſim nu. 2. fol. 50. Succedit etiam in facultate diſpenſandi in omnibus caſibus Epiſcopo de iure permiſſis nu. 3. ibid. Succedit etiam in poteſtate excommunicandi, & abſoluendi nu. 4. ibid. Non ſuccedit in poteſtate conferendi beneficia nu. 5. 6. fol. 51. Poteſt præficere Oeconomum Eccleſiis vacantibus, vel ad tempus eas cõmendare nu. 7. ibid. Item enumerantur omnia ea, quæ poterit, & quæ non, remiſſiuè ibid. & fol. 52.

Capitulum poteſt ad eius libitum reuocare Vicarium ab eo electum nu. 3. fol. 53. Limita nu. 4. ibid. Amplia nu. 5. fol. 54.

Capitulum poſtquam elegit Vicarium, non abdicat à ſe iuriſdictionem, ſed tantum exercitium nu. 7. fol. 54.

Capitulum non poteſt alienare bona Eccleſiæ vacantis, ſed res, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt nu. 9. ibid. Item non poteſt infeudare bona deuoluta dependentia à menſa Prælati nu. 10. ibidem.

Capitulum poteſt cogere Exequutores teſtamentarios, imò eis negligentibus exequi nu. 11. f. 55.

Capitulum poteſt cognoſcere de cauſis arduis, vacante Eccleſia num. 1. fol. 55. col. 2. Item poteſt dare litteras dimiſſorias ad ordines poſt annum vacationis Eccleſiæ, vel in caſu neceſſitatis nu. 2. fol. 56. Item poteſt concedere Epiſcopo extraneo exercere Pontificalia in Eccleſia vacante nu. 3. ibid.

Capitulum, ſi amouetur Vicarius Capitularis, poteſt eum compellere ad reddẽdum rationes adminiſtrationis nu. 2. fol. 57.

Capitulum, an poſſit concedere Indulgentias nu. 3. ibid.

Capitulum, ſi Vicarius Capitularis allegatur ſuſpectus, poteſt eligere Arbitros, & ſi cauſa ſu-

ſpitionis militat, poterit cauſã alteri committere nu. 4. fol. 58.
Capitulum Sede vacante, poteſt deputare Vicarium ad certum tempus, imò & plures, vel vnũ generalem, & alterum foraneum nu. 8. fol. 59.
Capitulum in commiſſione Vicarij poteſt præfigere tempus, & modum procedendi, ſed non poſtea nu. 14. ibid.
Capitulũ, ſi habeat electionẽ Canonicatuũ in ſuis menſibus, nõ requiritur examẽ, nec cõfirmatio, nec cõſenſus Epiſcopi n. 18. f. 60
Capitulũ poteſt facere ſuum Superiorem procuratorem, vel ſyndicum cum limitat. nu. 6. fol. 62.
Capitulum, neque Epiſcopus poſſunt remittere amiſſionem diſtributionum nu. 4. 5. fol. 63.
Capituli appellatione, an veniat Prælatus, diſtinguitur n. 1. f. 12
Capituli conuocatio, abſente eius Præſidente, ſpectat ad antiquiorem nu. 4. fol. 15.
Capituli vocabulum, ſeù vox explicatur nu. 2. fol. 21.
Capituli conſuetudo, etiam iuramento firmata, quod in negotijs Capitularibus omnes Canonici debeant concordare, alias actus non valet, eſt inualida nu. 1. fol. 25. Eſt etiam inualida ſi dictaret, quod duæ partes ad minùs concordarent num. 2. ibid. Declara nu. 3. ibid.
Capituli principaliores poſſunt puniri, ſi ſcripſerint literas ſub nomine Capituli, eo tamen inſcio num. 4. ibidem.
Capituli corpus, ſeù Collegij moueri debet ad diſpoſitionẽ eius Capitis, & illi obedire nu. 4. fo. 61.
Capituli caput poteſt ex ſe abſque Capitulo explicare aliqua negotia minora nu. 5. fol. 62.
Carens naſu, vel auribus, aut alio membro, quod inducit deformitatem, non poteſt celebrare ſinè diſpenſatione Apoſtolica nu. 2. fol. 108. col. 2. Quis cognoſcet de huiuſmodi vitijs, latè diſcutitur nu. 3. fol. 109. col. 1.
Caſus miraculoſus adducitur de quodam non recitãte officiũ attentè, & deuotè nu. 5. fol. 96.
Caſus omnes, in quibus excuſãtur qui non audiunt Miſſam in die feſto de præcepto, enumerantur nu. 1. fol. 198. & 199.
Cauſæ legitimæ, ob quas quis dicitur abſens nu. 16. fol. 42.
Coecus non tenetur recitare diuinum officium, & multi alij, qui enumerantur nu. 6. 7. 8. fol. 78.
Coecus tenetur audire Miſſam, alias peccat mortaliter num. 1. fol. 187. col. 2.
Celebrandi de nocte conſuetudo valet nu. 4. fol. 157. col. 1. Declara nu. 5. ibid.
Celebrandi horæ in Natali Domini Noſtri Ieſu Chriſti, quæ ſint nu. 6. ibid.
Celebrari non poteſt de nocte, niſi in nocte Natalis D. N. Ieſu Chriſti, & cum diſpenſetur à Summo Pontifice nu. 1. fol. 157.
Celebrari non poteſt in Calice ligneo

gneo, ſeù vitreo, vel ſtanneo, vel ex alia materia, quàm ex auro, vel argento nu.1. fol.126. col.1. Dictum pulchrum Zephe rini Papæ circa hoc refertur n. 2. fol. 126. col.2.

Celebrans, ſi recordatur ſe nõ eſſe ieiunum, antè conſecrationem debet ceſſare à celebratione, ſi ſinè ſcandalo poterit nu. 2. fol. 117. col.1.

Celebrans neceſſariò debet habere attentionem actualem, vel ſaltèm virtualem in celebrãdo, & ibi explicatur quæ ſint hæ attẽtiones nu.1. fol.132. col.2. Amplia nu.2.3. fol.133.

Celebrans, ſi nõ eſt vlli obligatus, poterit applicare valorem Miſſæ cui voluerit nu.1. fol.136. Declara nu.2. ibid.

Celebrans habens reſpectum, & mentem ad eos, quibus applicat Miſſæ valorem, debet expreſsè nominare Summum Põtificem, & eius Antiſtitem, & quid ſi haberet plures Antiſtites, latè explicatur nu.3. ibid.

Celebrans accipiens eleemoſynã, vt celebret Miſſam votiuam v.g. de Sancta Maria, ſi poſtea celebrat de mortuis, non ſatisfacit obligationi nu.1. fol. 137.

Celebrans ſemper dùm celebrat tenetur ſumere Hoſtiam, & Sanguinem, aliàs peccat mortaliter, niſi tamen impediatur morte violenti, vel infirmitate, vel alio iuſto, & legitimo impedimento, quia excuſaretur nu.1. fol.147. col.1. Limita nu.2. 3. ibid.

Celebrans quid agere debeat, ſi Hoſtiæ particula remanſerit in ſumptione ſanguinis nu.1. fol. 147. col.2.

Celebrans, ſi ex ſtudio non eleuaret Calicem, vel Hoſtiam, peccaret mortaliter num.1. fol. 149.

Celebrans, an debeat ſemper benedicere populum in fine Miſſæ, & quid præſente ſuo Epiſcopo num.1. fol.150. colu.1. Item an ei liceat ſalutare Populum circumſtantem, finita Miſſa nu.2. ibid.

Celebrans ante diem, credens eſſe auroram, vel diem, excuſatur à peccato mortali nu.3. fol.157.

Celebrãs quid agere debeat, ſi omiſit dicere aliqua in Miſſa ex obliuione nu.1. fol.168. col.2.

Celebrans, ſi ſe communicauit, & ſtatim per ſumptam communionem anomat, quid agere debeat nu.1. fol.169. col.1.

Celebrans non poteſt emendare defectus Hoſtiæ, vel vini poſt datam benedictionem, quia eſſet Miſſam iterum celebrare nu.3 fol. 182.

Celebrãti non licet vlla cauſa, vel excuſatione cõſecrare Hoſtiam ſinè Calice, vel neutrum nu. 1. fol.146. colu.1. Amplia num.2. ibidem.

Celebranti, ſi erumpat Sanguis debet pauſare, & ſedere quouſque ceſſet, ſi verò fluxus cor-

Eccleſia, quando incipiat eſſe polluta nu.9. ibid.

Eccleſia, an polluatur per actum matrimonialem, tempore belli adducuntur diuerſæ opiniones nu.1. fol.153.

Eccleſia violatur per omnem ſanguinis effuſionem, dummodo effuſio ſit magna, & quod ſit iniurioſè facta nu.1. fol.154.

Eccleſia non violatur per effuſionem ſanguinis animalis occiſi in ea nu.2. ibid.

Eccleſia polluitur, etiam ſi non effunditur ſanguis, dummodò grauis ictus, vel vulnus in ea datus fuerit nu.3. ibid. Amplia nu. 4. ibid.

Eccleſia, an violetur, ſi quis alium extrà Eccleſiam manentem ex Eccleſia ictu, vel alio modo vulnerat, latè declaratur num. 1. fol. 155.

Eccleſia polluitur, licet ſanguis non effundatur, ſi percuſſio erit mortalis, ſed ſi non erit mortalis, ſecus nu.2. ibid. Amplia nu. 3. Limita nu.4.5. ibid.

Eccleſia non polluitur, ſi ſanguis, vel ſemen effundatur ſupra tectum ipſius nu.1. fol. 156.

Eccleſia polluta, cenſetur pollutum etiam Cœmiterium illi contiguum, & nemo debet in eo ſepeliri nu.2. ibid.

Eccleſiæ conſuetudini quiſque ſe debet conformare in recitatione diuini officij nu.3. fol.67. col. 1.

Eccleſiæ pollutio, an inducatur per copulam matrimonialem in ea habitam, diuerſæ adducuntur opiniones nu.1. fol.152. col. 2.

Eccleſiæ Collegiatæ quibus ſignis dignoſcantur nu.2. fol. 5.

Eccleſiam reconciliare quis poſſit, declaratur cum diſtinctione nu.4. fol. 156.

Electio quomodò fieri debet nu.5. fol. 19.

Electio Prælati Eccleſiæ Collegiatæ, de iure ſpectat ad Capitulum num.3. fol.21. Declaratur nu.4.5. ibid. & fol.22.

Eleemoſyna prò celebranda Miſſa non accipitur vt pretium, vel merces, ſed prò ſubſtentatione Miniſtri nu.3. fol.165. col.2.

Emolumenti nomine, intelligitur poena, quæ eſt impoſita ratione contumaciæ, ac etiam quod percipitur ratione depoſiti num.5. fol.48. Intellige pròut n.6. ibid.

Epiſcopus eſt Caput maius Populi, & dicitur Princeps Populi nu.6. fol.2.

Epiſcopus, ſi eſt Canonicus non habet primum locum in dando vocem in Capitulo nu.1. fol.20. Declaratur ibid. nu. 2.3.

Epiſcopus mortuus, ſi habebat in exercitio iuriſdictionis aliquẽ Collegam, Capitulum eo non ſuccedit nu 1. fol. 48. Intellige prout nu.2. ibid. Amplia nu. 3. 4.8. ibid. & fol. 49. Limita nu. 7. ibid.

Epiſcopus, ſi haberet alternatiuã, & Capitulum prætenderet poſ-

ſe

ſe eligere, & conferre Canonicatus, facultas ſi Capitulum eam habeat, non eſt ei ſublata, ſi ius conferendi ei competat in quatuor menſibus nu.17.fol.60
Epiſcopus, neque Capitulum poſſunt remittere amiſſionem diſtributionum nu.4.5.fol.63.
Epiſcopus iterinans, & Sacerdos peregrinans, an poſſint de nocte celebrare, latè declaratur nu.2.fol.157.
Epiſcopus in Synodo Dioeceſana poteſt ſtatuere, vt aliqua certa eleemoſyna detur prò celebranda Miſſa nu.4.fol.166.col.1.
Epiſcopus, vel alius Superior non poteſt, etiam per Cenſuras cogere populum, vt audiat Miſſam in propria Parochia, & in hoc excommunicatio eſt nulla nu.4.fol.190.
Epiſcopum adeſſe in Capitulo vt Prælatum, & vt Canonicum, differunt nu.4.fol.8. Intellige prout nu.5.ibid.
Excluſi ab electione enumerantur nu.21.fol.44.

F

FActa à maiori parte Capituli, ſed non ſaniori, non valent, cum declarat. nu.1.fol.37.
Foemina non poteſt eſſe miniſter Sacerdotis nu.3.fol.129.
Fidelis, an ſatisfaciet pracepto de audienda Miſſa, ſi ex propoſito ſe cõfert ad Eccleſiam, vbi eius Amaſia audire ſolet Miſſam, & cum ea audit, diuerſæ adducuntur opiniones num.1.fol.186.col.2.
Fidelis, qui in die feſto de præcepto audit Miſſam, an ſatisfaciat, ſi eam audit de feria, vel de requie, vel aliam non correſpondentem officio diei num. 1. fol.188.col.1.
Fideles tenentur audire Miſſam in diebus Dominicis, & feſtis de præcepto nu.1.fol.185. Amplia nu.2.ibid.

G

GEnuflexiones, quæ præcipiuntur in precibus, & alijs, obligant præcipuè in Choro, ſed nõ extrà nu.6.fol.85.
D.Gregorij notabile exemplum circa valorem eius Miſſarum memoratur nu.4.fol.137.

H

HErmophrodytus, an poſſit celebrare nu.3.fol.116.col.1.
P.Hieronymus Pecorarius Societatis Ieſu laudatur ſub num.2.fol.187.col.1.
Hieronymus Graſſus Notarius Capituli Beneuentani laudatur nu.1.fol.26.col.1.
Hymnus Dies iræ, &c. à quo compoſitus, remiſſiuè nu.2.fol.162.col.1.
Horæ Canonicæ vndè dicantur nu.1.fol.66.col.2. Quare ſunt ſeptem nu.2.ibid.& n.1.fol.75.
Horæ Canonicæ quid ſint, & quãdo, & quomodo inceperunt nu.1.fol.67.col.2.
Horæ Canonicæ debent dici cum puritate conſcientiæ, animi deuotione, & modeſtia n.5.f.68

Horæ

Horæ competentes in recitatione diuini officij declarantur nu.3. fol.89.

Horæ Canonicæ pſalli debent in Eccleſiis Cathedralibus, Collegiatis, & Regularibus num.4. fol.93. col.1.

Horarum Canonicarum recitatio eſt de præcepto nu.1. fol.70.

Hoſtia quod ſit eleuanda, redditur myſterioſa ratio nu.2.f.149

Hoſtia conſecrata, ſi eſſet comeſa à mure, vel alio animali, quid agendum, latè declaratur nu.13.fol.177. Adducitur pulcher caſus de quodam Sacerdote, qui ſpecies conſecratas ſputo le proſi eiectas ſumpſit nu.2.ibid.

I

IAcobus Cardinalis Sabellus laudatur nu.3.fol.63.ſub nu.1.fol.86. col.1.& nu.2.fol.120. col.2.

D. Iacobus Terragnolus ad præſens Vicarius Generalis Beneuenti, laudatur nu.2. fol.196. col.2.

Ignorantiæ iuris, & facti, atque inuincibiles, quæ ſint nu.2.fol.141. Adducitur exemplum nu.3.fol.142. col.1.

Impetrans gratiam de prouidendo ad primum beneficium ſpectans ad collationem quorumcumque, non venit beneficium pertinens ad Capitulum nu.5. fol.35.

Inhibitio facta Vicario Capituli non ligat Epiſcopum ſucceſſorem, vel eius Vicarium, vt attentet nu.10.fol.59. Amplia nu.11. ibid.

Intereſſe nolentes in Capitulo, quando agitur de Eccleſiæ intereſſe, compelluntur nu.4.f.16

Intruſus non tenetur recitare diuinum officium nu.3.fol.78.

D. Io: Baptiſta Capaſſus Primicerius maior Eccleſiæ Beneuentanæ memoratur nu.3.f.67.col.1.

D. Io: Carolus de Robino olim Canonicus Beneuentanus laudatur ſub nu.3. fol.95.

Iurans obedientiam Prælato, & Capitulo, debet priùs obedire Prælato nu.1.fol.6.

Iuriſdictio, quam habent Prælati inferiores Epiſcopo, reſpectu Canonicorum dicitur leuis, non grauis, & non poſſunt cognoſcere de cauſis criminalibus nu.2. fol.3.

Ius prouidendi, ob negligentiam illorum de Collegio, vel mortem omnium deuoluitur ad Epiſcopum, vel ad alium eorum ſuperiorem nu.2.fol.31. col.2.

L

LIte vertente inter aliquas dignitates alicuius Collegiatæ, circa obedientiam, ſi interim alter alteri eam præſtet, videtur tacitè renunciare n.5.f.29.

Loci celebrandæ Miſſæ ſunt Eccleſiæ, & Oratoria regulariter n.1.fol.150.col.2. Limita nu.2.3.4.5.fol.151.

M

MAior pars Capituli poteſt, reluctante minori admittere

tere aliquos ad conſulendum in Capitulo in omni negotio, etiam electionis, cum ampliat. nu.2. fol.13.

Maior pars Capituli non dicitur maior comparatione minoris, ſed reſpectu totius Collegij, & datur exemplum nu.1. fol.18.

Maior pars Capituli non poteſt donare ea, quæ ſunt communia pluribus vt ſingulis, & declaratur nu.1. fol.20. col.2.

Mandatum expeditum contra omnem perſonam non comprehendit Capitulum nu.4. fol.35.

P. Marius de Andria Societatis Ieſu Authoris Magiſter laudatur nu.3. fol. 200.

D. Marius Vipera laudatur ſub nu.1. fol.9.

Matutinum, Prima, & Completorium ſunt horæ nocturnæ, coeteræ verò diurnæ nu.2. fol.65.

Matutinum poteſt terminari ad laudes, ex quacunque iuſta cauſa nu.5. fol.83. Intellige prò vt nu. 6. ibid.

Maximiliani de Palũbaria olim Archiepiſcopi Beneuentani memoria recolitur nu.7. fol.49. & ſub nu.8. fol.62.

Maximilianus Ragucius Authoris nepos ad præsẽs Capellanus Illuſtriſſimi Patriarchæ de Sangro Archiepiſcopi Beneuentani, & Nuntij Apoſtolici apud Catholicam Maieſtatem in Hiſpanijs memoratur ſub nu. 2. fol. 197.

Mendicantes habent priuilegiũ, vt qui in eorum Eccleſijs audiunt Miſſam ſatisfaciunt præcepto de audienda Miſſa in die feſto nu.5. fol.191. col.1.

Mentis diſtractio in recitatione diuini officij quatuor modis poteſt contingere nu.2. fol.92.

Miniſtri in primitiua Eccleſia ter de nocte interpellatim ſurgebant ad recitandum diuinũ officiũ, & quare nu.9. fol.69.

Minor qui eſt in ordine, ratione maioris adminiſtrationis habet primam vocem in Capitulo nu.4. fol.9.

Minor pars contradicens non tenetur probare coram maiori rationem ſuæ contradictionis nu.3. fol.13.

Minor pars Canonicorum poteſt agere, & reſcindere concluſum à duabus partibus, vel maiori, ſi eam non vocauerint, vel contemnerint nu.1. fol.16.

Minor pars Capituli, ſi propter peccatum commiſſum fuerit priuata poteſtate eligendi, tunc maior pars, ea non vocata eliget nu. 13. fol.42. Intellige prò vt nu.14.15. ibid.

Miſſa non poteſt celebrari, non recitato matutino cum laudibus, & eſt peccatum mortale facere id ad libitum, & ſine iuſta cauſa, & adducuntur diuerſæ opiniones nu.1. fol.85. col.2.

Miſſa non eſt de horis Canonicis, ſed de officijs eccleſiaſticis nu. 8. fol.96.

Miſſa quid ſit, & vndè dicatur

nu.

nu. 1. fol. 98. Et quomodo accipiatur nu. 2. ibid.

Miſſa à quo inſtituta fuit nu. 1. fol. 99.

Miſſa Sicca quæ ſit, & ibi dicitur ſi poteſt celebrari nu. 3. fol. 123.

Miſſa de congruitate, non de neceſſitate debet conformari officio nu. 1. fol. 133. col. 2.

Miſſa debet celebrari prò omnibus Chriſti fidelibus viuis, & defunctis nu. 1. fol. 134. Amplia nu. 2. 3. ibid. Limita nu. 4. 5. 6. ibid. & fol. 135. Declara nu. 7. 8. 9. ibid.

Miſſa non poteſt celebrari in Mari, ob periculum effuſionis ſanguinis, licet multi teneant contrarium nu. 6. fol. 151.

Miſſa non poteſt celebrari in Eccleſia polluta nu. 7. fol. 151.

Miſſa eſt infiniti valoris ex parte Sacrificij, & Chriſti in ea oblati nu. 1. fol. 158. col. 2. Declaratur perbellè eius valor nu. 2. 3. ibid. & fol. 159. col. 1.

Miſſa dicta prò anima alicuius defuncti, qui nihil ordinauit ab aliquo celebrante malæ vitæ, valet nu. 1. fol. 159. col. 2.

Miſſa prò defunctis, an plus proſit vni, quàm altero, declaratur remiſſiuè nu. 2. fol. eod.

Miſſa valet tàm ſi eſt celebrata à bono, quàm à malo Sacerdote nu. 1. f. 160. col. 2. Amplia nu. 2. 3. fol. 161. col. 1.

Miſſa, ſi celebratur prò anima, quæ eſt in Paradiſo, quæ non indiget, valebit prò alijs indigentibus, ex diuina miſericordia nu. 4. fol. 161. col. 1.

Miſſa prò defunctis, an tantum valeat de requie, quantum de feria, vel Sancto, latè explicatur nu. 1. fol. 161. col. 2.

Miſſa, ſi celebratur prò pluribus, an valeat tantum cuique, quãtum ſi prò vnoquoq; celebraretur, adducuntur variæ opiniones nu. 1. fol. 162. col. 2.

Miſſa celebrata ab excommunicato eſt meritoria, & ſatisfactoria, & adducitur ratio num. 1. fol. 166. col. 2. Adducitur opinio D. Thomæ, quæ eſt probabilior nu. 2. fol. 167. col. 1.

Miſſa in quot partes diuidatur nu. 1. fol. 184. col. 2.

Miſſa debet audiri integra, vel maior pars, & quomodò ſit audienda declaratur n. 1. fol. 188. col. 2.

Miſſa audiri poteſt à Sacerdote illiterato, & idiota num. 1. fol. 193. col. 2.

Miſſa offertur ſpecialiſſimè prò illis, prò quibus Sacerdos tenetur celebrare, vel ex promiſſione, vel ex eleemoſyna accepta nu. 1. fol. 194.

Miſſa prò aliquibus offertur generaliter nu. 2. ibid.

Miſſa potiùs audiri debet, quàm prædicatio in die feſto, ad finem ſatisfaciendi præcepto Miſſæ, dummodò non eſſet de præcepto audire prædicationem, quia ſecus eſſet nu. 1. fol. 197.

Miſſa eſt audienda, deuota aſtantia

tia

tia corporis, & mentis, & non debet eſſe nimis prolixa, nec breuior media hora nu.3. fol.200.

Miſſæ continuatæ plus valent, quàm aliæ interpellatim dictæ nu.1.fol.161.col.2.

Miſſæ ſacrificium nō prodeſt animis poſitis in Inferno, ſed illis poſitis in loco purgatorio nu.1. fol.167.

Miſſæ ſignificatus omnes enumerantur fol.183.& 184.

Miſſam audiendi modus, & ſatiſfaciendi precepto datur nu.3. fol: 185.

Moriens in die Paſchatis, debet tumulari in craſtinum num.5. fol.201. col.1.

Mulier patiens menſtrua credens peccare, ſi vadit ad Eccleſiam ad audiendum Miſſam, quid agere debeat n.2.fol.187.col.1.

Mutus non poteſt celebrare Miſſam, & quare num.1.fol.107. col.1.

Mutus tenetur audire Miſſam, alias peccat mortaliter num.1, fol.187.col.2.

N

NOmen, Capitulum, Collegiū, ſeù Populus quid importet nu.2.fol.37.

O

OBligatio recitandi horas Canonicas eſt partim de iure diuino, & partim de iure poſitiuo nu.1.fol.78.col.2. Declara nu.2.fol.79.

Obligatus ad recitandum diuinū officium tenetur ſub peccato mortali recitare officium B. M.Defunctorum, & Septem Pſalmos cum Litanijs in diebus, quibus in Breuiario annotatur nu.1.fol.84. Declara nu. 2.ibid.

Obligatus recitare diuinum officium, ſi non recitet peccat mortaliter toties quoties, & alias patitur poenas n.1.fol.93.col.2

Obligatus recitare diuinum officium, quatuor ex cauſis poteſt excuſari à recitatione num. 4. fol. 95.

Obſeruantia in exequijs mortuorum nu.8.fol.69.

Obtentum per obreptionem in ſpiritualibus, reuocatur etiam poſt ſententiam nu.10.fol.42.

Obtinentes dignitatem in Capitulo ſinè Canonicatu, non habet vocem in eo nu.1.fol.7.

Obtinentes dignitates, perſonatus, officia, vel præbendas, quibus certi ordines ſunt annexi, ſi infra annum non faciunt ſe promoueri non habent vocem in Capitulo nu.2.fol.30.col.2.

Officium diuinū dùm recitatur, ſi notabili temporis interuallo interrumpatur, peccatum committitur, & interruptio quot modis poteſt contingere nu. 3. 4. ibid.

Officium diuinum debet exprimi per verba articulata dùm recitatur nu.3.fol.87.

Officium diuinum debet recitari intrà diem naturalem, & competentibus horis nu.1.fol.88.Et

quid obſeruabatur antiquitus nu.2.fol.89.
Officij diuini in recitatione enumerantur requiſita nu.4.fol.90
Omittens recitare totum officium, vel partem notabilem, putà vnam horam, vel plures peccat mortaliter nu.1.fol.80. Declara nu.4.5.fol.81.
Omittens recitare Matutinum ex obliuione poteſt recitare antè mediam noctem diei ſequentis nu.2.fol.80.
Omittens recitare horas Canonicas committit vnum peccatum mortale, non ſeptem nu.3. ibid.
Omnes ſi eſſent impediti, vel infirmi, vel citati non vellent venire in Capitulum, vel ſi nullus eſſet in ſacris, expeditio deuolueretur ad Prælatum n.6.f.11.
Onus probandi incumbit ei, contra quem excipitur ſe non eſſe promotum, cum limitat. nu. 1. fol. 30.
Oratio Dominica debet præcedere omnes alias nu.2.& 6.fol.68.
Ordinem inuertere in recitatione diuini officij citrà cõtemptum, & ſcandalum aliorum eſt peccatum veniale n.4. fol.84. Redditur ratio nu.5.fol.85.

P

Parochus poteſt vti ſtola loco cinguli, & è contra, cum declarat. nu.2.fol.123.
Parochus, ſeù Procurator Conuentus, Collegij, vel Capituli, ſi accipit eleemoſynam prò Miſſa celebranda, poteſt celebrari facere ab aliquo eius familiari num.1 fol.138. Declara nu.2. ibid.
Poena ſtatuta à Prælato, & Capitulo, poteſt inferri à ſolo Prælato ſub nu.4.fol.7.
Poena Sacrorum Canonum impoſitæ Celebranti prò defectibus in Miſſa vltrà peccatum, omnes enumerantur nu.4.fol.182.
Poenitentiarius dùm confeſſiones audit, cenſetur prò præſente, ſimiliter ſi Canonicus eſt Theologus, vel Lector, eo diè quo legit non amittit diſtributiones nu.7.fol.64. Amplia nu. 8. ibid.
D. Petrus Micillus olim Vicarius Generalis Beneuenti, laudatur ſub nu. 5. fol.28.
D. Petrus Pedecinus Canonicus Beneuentanus laudatur ſub n. 9.fol.41.col.2.
Philippum III. dùm viuebat, & IV. eius filium Reges Catholicos Miſſam audientes, tanquã immobiles, & deuotè in ea aſtare, affertur nu.2.fol.196. col.2.
Pompeius Cardinalis Arrigonius laudatur ſub nu.3.fol.5. ſub n. 6.fol.40.nu.7.fol.49.num.1.fol. 61.& ſub nu.2.fol.137.
Pontifex, ſi mandat alicui Capitulo, vt talem eligant in Canonicum, vel vt conferant præbendam, tale mandatum debet exequi collegialiter nu. 2. fol. 17. Vide in verb. Summ. Pontif.
Poteſtas eligendi, ſi eſt data Prælato, & Capitulo, tantam habet ipſe Prælatus, quantam Vniuer-

uerſitas, vel totum Capitulum nu.5.fol.23. Amplia etiam in poenalibus nu.6. ibid.

Præbenda, & dignitas non poſſunt haberi in eadem Eccleſia de iure communi, de conſuetudine, & diſpenſatione verò ſecus nu. 1. fol.9.

Præbendam, vel Canonicatum habens, ſi de vno tantum percipit fructus, tenetur recitare diuinum officium nu.4. fol.76.

Prælatus Capituli, ſeu Collegij habet aliquam præbeminentiã, & iuriſdictionem circa ea, quæ occaſione eius officij oriuntur nu.1. fol.2. Sed iuriſdictio prædicta dicitur leuis, non grauis, & non poteſt cognoſcere de cauſis criminalibus nu.2. fol.3.

Prælatus dicitur pars Capituli honorabilior nu. 3. ibid.

Prælatus Capituli, qui eſt prima dignitas poſt Epiſcopalem ſolet appellari Archidiaconus, Decanus, Archipræsbyter, Abbas, vel alio nomine, ſecundum Eccleſiarum diuerſas conſuetudines nu.4. ibid.

Prælatus Capituli debet proponere negotia decidenda, & ſuffragia votantium colligere, & apud eum debet remanere ſigillum, & dicere primum votum nu. 1. fol.4.

Prælatus tantam poteſtatem habet quando eſt ſolus, quantam habet cum ſuo Capitulo nu. 6. fol. 6.

Prælatus Collegij quomodò ſedebit in eo nu. 3. fol.6.

Prælatus dicitur procurator, non Dominus Capituli, ſed habet maiorem prærogatiuam, quàm alius procurator, & poteſt ſubſtentare eius conſanguineos de bonis Eccleſiæ, & ipſe viuere nu.4. ibid.

Prælatus principalis non caret voce Capituli, etiam ſi non eſt in ſacris nu. 3. fol.7.

Prælatus Eccleſiæ poteſt committere alteri vices Canonici abſentis, & de illius beneficio portionem aſſignare nu.6. fol.8. & nu.1. fol.61. vbi adducitur obſeruantia in Eccleſia Beneuentana.

Prælatus, an veniat appellatione Capituli, diſtinguitur n.1. f.12

Prælatus Capituli non poteſt conuocare illud ad ſui libitum, ſed temporibus conſuetis n.1. f.28.

Prælatus principalis Eccleſiæ, etiam ſi non ſit in ſacris, habet vocem in Capitulo, cum declarat. nu.3. fol.30. col.2.

Prælatus principalis Eccleſiæ nõ eſt propriè pars Capituli, ſed dicitur principalis in Capitulo nu.4. fol.31. col.1.

Prælatus præſumitur interueniſſe, ſi in Inſtrumento facto in Capitulo dicatur, quod Prælatus contraxit de conſenſu Capituli, cum declarat. nu.4. fol.31. col. 2.

Prælatus, ſi eſt negligens, ius agendi deuoluitur ad Capitulum, eo negligẽte ad Canonicos particu-

ticulares Eccleſiæ nu.5.fol.33.

Prælatus in ſua Dioeceſi poteſt ſtatuere certam quantitatem prò Miſſis celebrandis, & enarratur ſolitum in Eccleſia Beneuentana nu. 4.fol.139.

Prælato principali Capituli abſente, poſſunt præſentes ſinè ipſo facere actum nu.2.fol.32.

Prælati illi propriè dicuntur, qui habent ordinariam iuriſdictionem nu.6.fol.4.

Prælati, ſeù Parochi occultè excõmunicati, qui non ſunt in mora petendi abſolutionem, ſi coguntur adminiſtrare Sacramenta eorum ſubditis petentibus, non incurrunt irregularitatem, nequè peccant, ſed ceſſante neceſſitate ſecus n.1.fol.142.col.2. Amplia n.2.ibid. Declara n.3.ibid.

Præsbyteri ad recitationem Horarum Canonicarum tenentur ſub poena peccati mortalis n.2. fol.70. Amplia nu.3. ibid.

Prioratus, vel Abbatias obtinentes quouis titulo, cum perceptione fructuum, tenentur recitare diuinum officium nu.3.fol.72. & nu.1.fol.76.

Priuilegiũ conceſsũ Prælato, cẽſetur conceſsũ dignitati n.3.f.33

Priuilegia conceſſa perſonis Capitularibus, ſi denegentur, non cenſentur denegata Capitulis nu. 2.fol.35.

Procurator conſtitutus à Canonico abſente videtur habere duplicem vocem, cum declarat.n. 22.fol.44.

Procurator Camerellæ Eccleſiæ Beneuentanæ, qui habet curam celebrationis Miſſarum, recto ordine poteſt leuiter percutere Clericos inſeruientes diuinis, & non incurrit excommunicationem nu.2.fol. 61. Amplia nu. 3. ibid.

Promotum ſe eſſe credens in ordine ſacerdotali, & tamen non eſt, ſi celebrat non dicitur conſecrare nu.1.fol.107. col.2.

Procurator Canonicorum, vel aliorum obligatorum abſentium à Choro, ſi malitia, vel odio non rectè exercet officium ſuum, committendo, vel omittendo, peccat mortaliter, & tenetur ad reſtitutionem nu.3.fol.95.

Q

QVi non ſunt de Capitulo, & vellent per vim intrare, & habere vocem poſſunt licitè expelli nu.1.fol.26.col.2. Ampliatur etiam in Vniuerſitate nu.2. ibid.

Qui prætendunt ad beneficium litigioſum, & fructus ſunt ſequeſtrati per Iudicẽ, an teneantur ad diuinum officium recitandum nu.1.fol.78.col.1.

Qui non eſt adeptus poſſeſſionem beneficij, non tenetur recitare diuinum officium nu.5.fol.78.

Qui viuit ex eleemoſynis oblatis pro Miſſis celebrandis, non poteſt eleemoſynam ſibi datam retinere, ſed illam in communi maſſa reponere nu.2.fol.137.

Qui accipit decem carolenos in

eleemoſynam prò celebratione decem Miſſarum, ſi ſoluit prò illis quinque tantum caroleños, nõn peccat, & adducuntur diuerſæ opiniones nu.3.fol.138.
Qui poteſt audire Miſſam de feſto currenti, & audit de requie peccat mortaliter, licet ſatisfaciat præcepto nu.2.fol.188.col.1.
Qui tenetur audire Miſſam, an ſatisfaciat præcepto, ſi ſimul recitat Horas Canonicas, vel aliã orationem, adducuntur diuerſæ opiniones nu.1.fol.195.

R

Recitare diuinum officium ad libitum eſt peccatum mortale, & hoc poſt reformationem Breuiarij Romani num.1. fol.86. col.2.
Recitans Horas Canonicas quid meretur nu.3.fol.68.
Recitans officium diuinum ſolus, vel cum alio ità velocitèr, vt non poſſit percipere verbum, vel eius ſenſum, non ſatisfacit nu.1.fol.81.
Recitans officium diuinum in Choro ità ſubmiſsè, vt ipſe ſolus partem ſuam audiat, & ab alijs non audiatur, non ſatisfacit præcepto, quo tenetur num.2. fol.82.
Recitãs diuinum officium mente, vel meditando, non ſatisfacit præcepto nu.2.fol.87.
Recitans diuinum officium exiſtens in peccato mortali, ſi attentè, & integrè recitet, ſatisfacit præcepto nu.4. ibid.
Recitans diuinum officium per alios, non lucratur diſtributiones quotidianas nu.5.fol.90.
Recitans diuinum officium, debet attentè, & deuotè ſatisfacere diuino cultui nu.1.fol.91.col.2.
Recitans diuinum officium ſinè intentione ſatisfaciendi, ſed ad alium finem, peccat mortaliter nu.3.fol.92.
Recitantes diuinum officium, quid debeant obſeruare nu.10. fol.97.
Regula, quòd ſufficiat maior, & ſanior pars Capituli ad concludendum, declaratur num. 3. fol. 17.
Robertus Cardinalis Bellarminius laudatur ſub nu.1. fol.85. col.2.

S

Sacerdos ritè, & rectè ordinatus, eſt miniſter Miſſæ nu. 1. fol.106. col.2.
Sacerdos coecus non poteſt celebrare Miſſam, nec dicere Euangelium, ſeu Epiſtolam, poteſt tamen audire confeſſiones, prædicare, & legere nu.1.fol. 108. col. 1.
Sacerdos coecus oculo ſiniſtro, non poteſt celebrare ſinè diſpenſatione nu.2.ibid.
Sacerdos, ſi poſt inchoatam Miſſam meminit ſe non eſſe ritè, & rectè ordinatum, ſed valldè, quid agere debeat nu.1.fo.109. col. 2.
Sacerdos hæreticus, ſchiſmaticus, excommunicatus, interdictus,

irregularis,vel degradatus, de iure non poteſt celebrare, & redditur ratio num.2.fol.110. col.1.

Sacerdos giboſus,vel claudus, vel mutilatus aliquo membro principali, an poſſit celebrare, latè exaratur nu.1.fol.110.col.2.

Sacerdos cadens morbo caduco nõ poteſt celebrare, cum declarat. nu.1.fol.114.col.1.

Sacerdos caſtratus ab alio, culpa ſua, puta quia dabat operam rei illicitæ, non poteſt celebrare, ſi verò ab inimicis, vel conſilio Medici, ob infirmitatem, benè poterit, & ſic non tenetur deferre puluerem membrorum amiſſorum, dùm admitteretur ad celebrandum num. 1. fol.112.

Sacerdos poteſt permittere ſibi amputari genitalia, aut alia membra, pro ſalute totius corporis, & poterit celebrare, dummodò non cauſetur deformitas, ex tali abſciſſione nu.2.ibid.

Sacerdos amputans ſibi, vel amputari faciens ab alio aliquod mẽbrum prò euitando periculo vitæ, non poteſt celebrare nu.1.fo. 113.col.1.

Sacerdos dans operam rei licitæ, ſi amittat vngulam pollicis, poteſt celebrare ſinè diſpenſatione Epiſcopi, dummodò non ſequatur deformitas, aut debilitas ad tractandum diuina miniſteria num.1.fol.113.colu.2. Quid ſi dentem ſibi excuſſerit n.2.ibid. Quid ſi habet manum aridam, vel paralyticam, vel leproſam nu.3.ibid.

Sacerdos habens membra ſuperflua, vel obſeſſus à Dæmone, vel amens, vel patiens fluxum ſeminis, vel ſanguinis, vel ſtomachi, an poſſit celebrare, latè diſcutitur nu.1.fol.114.col.2.

Sacerdos leproſus, dummodò non impeditus ex corroſione huius morbi poteſt celebrare in occulto, & in publico coram aliis leproſis tantum num.1.fol.115. Nauarri opinio circa hoc declaratur nu.2.ibid.

Sacerdos, qui tarda hora comedit, & non digeſſit cibum, vel quia non dormiuit, qua hora de mane celebrare debeat n.1.fol.116. col.2.

Sacerdos non impeditus legitimo impedimento non peccat, ſi quotidie nõ celebrat, cum declarat. nu.1.fol.117.col.2.

Sacerdos, an poſſit ſinè peccato per totam vitam ceſſare à celebratione, ſecluſo impedimento, latè declaratur nu.1.fol.118.col.1.

Sacerdos non niſi ſemel debet in die celebrare num.1.fol.118. col.2. Enumerantur decem caſus, in quibus antiquitùs poterat bis à Sacerdote in die celebrari nu.2.fol.119. Redditur ratio, cur in die Natiuitatis Domini Noſtri Ieſu Chriſti ter celebratur nu.3.fol.120.col.1.

Sacerdos poteſt celebrare in omnibus diebus anni, exceptis feria

ria Sexta, & Sabatho maioris Hebdomadæ, & non obſtat con ſuetudo in contrarium num.1. fol.120. col.2.

Sacerdos non poteſt celebrare, non recitatis prius Horis Canonicis nu.1.fol.121. Declaratur nu. 2. ibid.

Sacerdos non poteſt celebrare ſinè veſtibus ſacratis,ſeù benedictis num.1.fol.122. col.1. Declara num. 2. ibid. Item non poteſt celebrare in altari, in quo illa die celebrauit Epiſcopus, niſi ex diſpenſatione Epiſcopi, vel neceſſitate nu.3. ibid.

Sacerdos non poteſt celebrare ſinè veſtibus ſacerdotalibus,niſi vrgente neceſſitate, & ſinè contemptu Religionis num. 1. fol. 124.col.1.Neque poteſt celebrare ſinè calceamentis,cum declarat. nu.2. ibid.

Sacerdos celebrans ſuper altare portatile,peccat mortaliter,Limitatur in Epiſcopo nu. 1. fol. 127.col.1.

Sacerdos non poteſt celebrare ſinè aliquo ſibi inſeruiente,aut Clerico vti eſſe debet, aut laico defectu Clerici num. 1. fol. 129. Amplia in Sacerdote Hæremita,qui neque poteſt nu. 2. ibid.

Sacerdos incipiens Miſſam cum Clerico ſibi inſeruiente,ſi relinquatur inter celebrandum, quid agere debeat nu.4.ibid.

Sacerdos non poteſt celebrare in Altare, in quo eadem die celebrauit eius Epiſcopus, ſinè licentia, & ibi adducitur obſeruantia Dioeceſis Beneuentanæ nu.5.ibid.

Sacerdos, an poſſit celebrare coram excommunicato, & quid agere debeat, ſi excommunicatus eſt perſona potens,& ipſe debilis nu.1.2. fol.130.

Sacerdos non poteſt celebrare ſinè lumine,vel cum certo candelarum numero, vel ſinè libro nu. 1.fol.130.col.2.

Sacerdos debet in celebratione Miſſæ ſecreta ſecretè proferre, & aliter faciendo peccat nu. 1. fol.131. Item non poteſt ex deuotione dicere in Miſſa aliqua, quæ non ſunt in Miſſali, poſſet tamen aliqua deuotè cogitare, & meditari num. 2. fol. 132. Item non poteſt omittere de his, quæ dicenda ſunt, nam ſi omitteret aliqua de forma conſecrationis, ſacramentum non conficeretur,& ipſe grauiſſimè peccaret nu.3.ibid. Item ſi recordetur ſe in Miſſa aliqua non dixiſſe, non debet repetere num. 4. ibid. Declara num. 5. ibidem.

Sacerdos latinus debet latina lingua celebrare, Græcus græca, & non vulgari, & aliter aſſerens eſt excommunicatus nu.2. fol.134. col.1.

Sacerdos excommunicatus,interdictus,vel ſuſpenſus,ſi celebrat, an fiat irregularis, vel incurrat aliquam poenam,adducuntur multæ opiniones n.1.f.140.

Sa-

Sacerdos, ſi celebrando incidit in aliquam infirmitatem, vt non poſſit perficere Miſſam, vel ſi moreretur, quid agendum, diſtinguitur nu.1.fol. 143. Item ſi Miſſam incoeptam ſinè iuſta, & vrgenti cauſa dimitteret, peccat mortaliter nu.2.ibid.

Sacerdos celebrans, ſi deficiat poſt conſecrationem Hoſtiæ, nondùm conſecrato Calice, quid agendum, latè diſcutitur nu. 1. fol. 144.

Sacerdos poſt celebrationem, an poſſit ſtatim comedere, vel bibere num.2.fol. 148. Et an poſſit per communionem ante ſumptam ablutionem expuere, vel tuſſire nu. 3. ibid. Declara nu. 4. ibid.

Sacerdos peregrinans, & Epiſcopus iterinans, an poſſint de nocte celebrare, latè declaratur nu.2.fol.157.

Sacerdos, ſi celebrat prò anima alicuius, quem odit, iuſſu Superioris, celebratio valet, & redditur ratio num. 1. folio 160. col. 1.

Sacerdos debet eſſe cautus, vt non accipiat eleemoſynam à pluribus, prò vna Miſſa celebranda nu.2.fol.163.

Sacerdos, qui accepta eleemoſyna promiſit alicui celebrare Miſſam de Sancto Antonio, vel alio Sancto, ſi poſtea celebrauit de feria, vel Spiritu Sancto, non ſatisfacit deuoto, ad cuius deuotionem Miſſa celebratur nu.3. ibid. Enumerantur duo alij caſus, in quibus Sacerdos non ſatisfacit nu.4.5. ibid.

Sacerdos, qui promiſit celebrare tres, vel quatuor Miſſas, ſi poſtea celebrat vnam, excuſatur in quatuor caſibus nu.1.f.164. col.1. Declara nu.2.ibid.

Sacerdos peccat mortaliter, ſi promiſit tribus perſonis dicere ſingulis vnam Miſſam, ſi poſtea dicat vnam prò omnibus nu.1. fol.164. col.2.

Sacerdos celebrans, debet applicare valorem generalem Miſſæ vniuerſali Eccleſiæ, medium ei, prò quo celebratur, & ſpeciale ſibi debitum, cui melius ſibi videbitur nu.3.fol.165.col.1.

Sacerdos pauper accipiens plures eleemoſynas prò vna Miſſa celebranda excuſatur à peccato mortali nu.1.fol.165.col.2. Redditur ratio nu.2.ibid.

Sacerdos, qui vni promiſit dicere Miſſam de B.V. alteri de Sancto Antonio, & tertio de defunctis, ſi dicit Miſſam de B.V. cũ commemoratione Sancti Antonij, & prò defunctis, non ſatiſfacit omnibus, licet Angel. teneat contrariũ n.1.f.166.col.2

Sacerdos dùm celebrat, ſi ſuperuenerit excommunicatus, & vult Miſſam audire, quid agere debeat nu.1.fol.169. col.2.

Sacerdos quid agere debeat, ſi aduertit Hoſtiam non eſſe ex tritico, vel alio liquore, quàm alia àqua naturali confectam nu.1. 3.4.5.

3.4.5.fol.170.& 171.col.1. Itẽ quid agere debeat, ſi ante Canonem viderit non fuiſſe appoſitam Hoſtiam, vel eſſe deperditam, vel vinũ ſparſum n.2.ibi.

Sacerdos quid agere debeat, ſi ſpecies cõſecratæ ceciderint ſuper tobaleis Altaris, vel ſuper aliũ pannum, vel in Terram, vel ſuper lapidem, vel tabulam nu.1. fol.171.col.2.

Sacerdos quid agere debeat, ſi celebrando tetigerit Hoſtiam conſecratam cum barba, vel cum naſo, vel cum veſtibus nu.1.fo. 172.Item quid agere debeat, ſi ſtillauerit ſanguis extra Calicem in totum, vel in parte nu.2 3.4.5.6.7.8.ibid.& fol.173.

Sacerdos quid agere debeat, ſi in ſumptione ſanguinis, remanſerit particula Hoſtiæ conſecratæ in fundo Calicis nu.1.f.174. col.1.Item quid agere debeat, ſi poſt ſumptionem ſanguinis adhæreat particula Hoſtiæ in palato nu.2.ibid.

Sacerdos quid agere debeat, ſi Hoſtia conſecrata transportaretur à vento, vel alio modo fuerit amota, & ibi adducitur admonitio, & pœna, quam meretur nu.1.fol.174.col.2.Item ſi poſt ablutionẽ reperit aliquas reliquias Hoſtiæ conſecratæ ſuper corporale, vel alibi quid agere debeat, latè declaratur n.2.f. 175.Itẽ quid agere debeat, ſi ſuper particulis cõſecratis ſuperuolet alia nõ cõſecrata n.3.ibi.

Sacerdos quid agere debeat, ſi ante conſecrationem, vel poſt reperit ſuper corporale in Altari, vel extra, eo plicato aliqua fragmenta Hoſtiæ, vel Hoſtiam integram, vel particulas prò cõmunicandis nu.1.fol.176.col.1.

Sacerdos quid agere debeat, ſi vbi appoſuit in Altari plures Hoſtiolas, ſeù particulas prò communicãdo populo, & cum peruenerit ad verba conſecrationis profert illa, dirigendo intentionem actualem ſolummodò ad Hoſtiam quam videt ſuprà alijs, & non ad alias Hoſtiolas nu.1.fol.176.col.2. Item adducuntur pulchræ admonitiones Sacerdotibus celebrantibus nu. 2. ibid.

Sacerdos celebrãs admonitur quomodò ſe gerere debeat in conſecratione, & maximè ſi intendit conſecrare numerum determinatum particularum prò cõmunicandis nu.1.fol.178.col.1

Sacerdos celebrans quid agere debeat, ſi celebrando acciderit ei nauſea nu.1.ibid.col.2. Item ſi non appoſuerit vinum in Calice nu.2.fol.179. Item ſi appoſuerit in eo vinum corruptum nu.3.fol.180. col.1.

Sacerdos celebrans quid agere debeat, ſi vinum fuerit congelatum in Calice nu.1.f.180.col.1,

Sacerdos celebrans quid agere debeat, ſi venenoſum animal inueniatur in vino poſito in Calice nu.1.fol.180. col. 2. Item ſi aduer-

uerterit eſſe venenum in eo nu. 2.fol.181.col.1.

Sacerdos celebrans quid agere debeat, ſi oblitus eſt apponere aquam in Calice nu.1.fol. 181. col. 2.

Sacerdos poſt incoeptam Miſſam, ad cuiuſuis aduentum, etiam Magni Principis, non debet reincipere illam, nu.2.fol.189.

D. Simon Baſſus Canonicus Eccleſiæ Beneuentanæ, memoratur nu.3.fol.67.col.1.

Studentes in Sacra Theologia debent habere integrè diſtributiones nu.6.fol.33. Affertur in hoc declaratio Sacræ Congregationis ſub nu. 8.fol.64.

Subdiaconus diſpenſatus ad ducendum vxorem, non tenetur recitare diuinum officium nu. 4.fol.78.

Subiectus per iuramentum Epiſcopo, & Capitulo, non eſt ſubiectus ſingulis de Capitulo n. 4.fol.23.

Summus Pontifex in Miſſa ſolemni quarè conſecret ad Altare, & ſolio communicet, latè exponitur nu.2.fol.201. col.2.

Summi Pontifices omnes, qui addiderunt Miſſæ enarrantur, & omnia, quæ addita fuere, & earum ſignificatus nu.1.fol. 100. 101.102.103.104. 105. 106. & fol.202. col.2.

Sumptio Sanctiſſimi Sacramenti vocatur communio, quia per ipſam vnimur Chriſto nu. 1.fol. 201.col.2.

Surdus tenetur de præcepto audire Miſſam, aliàs peccat mortaliter nu.1.fol.187.col.2.

T

Teſtes idonei ſunt illi de Capitulo, & in dubio ſtatur eorum dicto, quando tractatur de iure Capituli, non vt ſingulorum nu.7.fol.23.

Tobaleæ quot eſſe debent prò celebratione nu.2.fol.127.col.2.

D. Thomas Aquinas compoſuit officium Corporis Chriſti, iuſſu Vrbani IV. Summi Pontificis nu.3 fol. 202.

V

D. Valerianus Mutus olim Vicarius Beneuentanus & deindè Nuntius Apoſtolicus Neapoli, laudatur ſub num. 2. fol. 21.

Valor Miſſæ triplex eſt nu.3. fol. 137. Item perbellè declaratur num. 2.3.fol.158.col.2.& 159. col.1.& nu.2.fol.165.col.1.

Valor Miſſæ cui applicetur nu.2. fol. 167. col. 2. Item quomodò proſit Sanctis n.3.fol.168.col.1

Vaſa ſacra poſſunt vendi, & in alios vſus conuerti, dummodo vrgeat neceſſitas, & vendantur alteri Eccleſiæ num.1. fol. 125.col.1.

Vaſa ſacra non poſſunt tangi ab alijs, quàm à perſonis ſacris nu. 1.fol.eod.col.2. Amplia nu.2.3. Limita nu.4.ibid.

Veſtes ſacræ debent teneri mundæ, & ibi datur conſilium celebrantibus, de modò tenendi di-

ctas

ctas veſtes nu.4.fol.122.col.2.

Veſtes ſacerdotales, ſi iterum accomodentur, quia erant conſumptæ, debent iterum benedici, vt poſſit cum eis celebrari n.1. ibi.

Veſtes ſacræ, & ſacerdotales etiã conſumptæ non poſſunt conuerti in vſum prophanum, nec vendi ad illum vſum nu.3.fol.124 col.2.

Veſtes mulierum aptæ fieri planetas, vel pallia altaris, vel palliola cuſtodiæ ſanctiſſimi Sacramenti conceditur ex vniuerſali conſuetudine, & ex priuilegio Xiſti IV. Summi Pontificis nu.1.fol.124.col.2.

Vicarius, ſi eſt Canonicus, quomodò ſedebit, & dabit vocem in Capitulo nu.1.fol.24.

Vicarius Capitularis debet eſſe Doctor Iuris Canonici num.6. fol. 54.

Vicarius creatus à Metropolitano, ſeù alio ſuperiore, ob negligentiam Capituli, ſi moritur, Capitulum poteſt infra octo dies creare alium nu.8.ibid.

Vicarius Capitularis non poteſt exequi literas Apoſtolicas directas Epiſcopo, vel eius Vicario nu.1.fol.55.col.1.

Vicarius Capitularis, durante ſede vacante antè annum non dat licentiam Epiſcopo commoranti in Ciuitate, vel Dioeceſi vt ordinet Regulares, etiam præuio examine per ipſum Vicarium facto nu.4.fol.56.

Vicarius Capitularis, ſe abſente poteſt ſubſtituere alium Vicarium, durante abſentia num.1. fol.57. & nu.9. fol.59. Enumerantur tres alij caſus.

Vicarius Capitularis, ſi amouetur, Capitulum poteſt eum compellere ad reddendum rationes adminiſtrationis nu.2.fol.57.

Vicarius Capitularis, ſi allegatur ſuſpectus, Capitulum poteſt eligere Arbitros, & ſi cauſa ſuſpitionis militat, poterit cauſam alteri committere nu.4.fol. 58.

Vicarius Capitularis, ſi non eſt ex Canonicis, ſed extraneus, non debet habere priorem locum ante primam dignitatem nu.7 ibidem.

Vicarius Capitularis, ſi interuenerit in Choro, vt lucretur diſtributiones quotidianas, debet ſedere in loco ſui Canonicatus nu.6.ibid.

Vicarius Capitularis, & alij Officiales tenentur reddere rationes, & ſtare ſindicatui coram nouo Epiſcopo nu.13.ibid.

Vicarius, quod ſit de corpore Capituli eſt potius decens, quod neceſſarium nu.15.ibid.

Vicarius Capitularis non poteſt interdicere, vel ſuſpendere totum Capitulum, ſed benè ſingulos Canonicos nu.16.ibid.

Vicarij Capitularis poteſtas ceſſabit poſt adeptam poſſeſſionem per nouum Epiſcopum nu. 12. fol. 59.

Vicario Capitulari ex Canonicis debetur ſalarium ex bonis Eccleſiæ

cleſiæ vacantis, etiam ſi eſſet extraneus nu.5. fol.58.

Videns ſolùm cum oculo ſiniſtro poteſt celebrare, ſed ſi caret ſiniſtro, & videt cum deſtero non poteſt nu.1.2. fol.110. col.1.2.

Vide in verb. Sacerdos coecus.

Vniuerſitas, Capitulum, Collegiū & Conuentus ſunt ſinonyma nu.4. fol.2.

Vniuerſitas quando congregatur de per ſe, & non per Præſidentem, neceſſe eſt, vt interueniant duæ partes, & declaratur nu.4. fol.19.

Vniuerſitatem repreſentant totam duo, & etiam vnus, coeteris negligentibus nu. 2. fol.10.

Vocati per habentem poteſtatem non venientes, non computantur in numero duarum partiū nu.3. fol.14.

Vox in Capitulo quid ſit num. 1. fol. 1.

Vocem non habens in Capitulo, non poteſt agere de contemptu nu.3. fol.16.

Vocem habens in electione, ſi ſcitur quod ſit intra loca vbi citari debet, perſonaliter citari debet, & ſi neſcitur, debet citari in loco vbi communiter moratur nu.4.5. fol.40.

Vocem habens in Capitulo abſens vltrà dietas non eſt citandus, & ius conſtituendi procuratorem ei non fauet nu.6. fol. eod.

Vomitum patiens frequenter non poteſt celebrare quouſque non fuerit ſanus num. 4. fol. 116. col. 2.

Vtilitates omnes, quæ conſequuntur ab his, qui audiunt Miſſam enumerantur nu.2. fol.200.

FINIS.

ERRATA — CORRIGENDA

ERRATA	CORRIGENDA
Dic, quod piè credendum eſt pag. 107. verſ.11.	*Dic quod aliqui dixerunt piè credendum eſſe.*
Communis opinio pag.98. verſ.3.	*Communis ſententia,*
Inter apoſtolos, ego teneo pag.106 verſ. 10.	*Qui inter Apoſtolos celebrarit, ego teneo.*

DE VOCE CANONICORVM IN CAPITVLO:

Quæſitum I.

SVMMARIVM.

1 *Capitulum, Collegium, & Vox in Capitulo quid ſit.*
2 *Canonici ſupernumerarij non habent votem in Capitulo.*
3 *Collegium, ſeù Capitulum, ad hoc vt fiat, duo ſufficiunt, & conſtituit vnum corpus, cuius caput dicitur eſſe Prælatus, & alij membra.*
4 *Capitulum, Collegium, Conuentus, & Vniuerſitas ſunt ſynonima.*
5 *Conuentus, Collegium, & Capitulum vnde dicuntur.*
6 *Epiſcopus eſt caput maius populi, & dicitur Princeps populi.*

Quid eſt Capitulum, quid Collegium, & quid Vox in Capitulo?

1 DIc quod Capitulum eſt quodam corpus, qđ conſtituitur ex multis Felyn. in cap. eã te, de reſcrip. & hoc corpus caret anima, ſed vox Canonicorum in Capitulo dicitur anima huius corporis: Collegium verò, eſt collectio hominum in vnum ſimul viuentiũ, Archidiac. in c. deliberationi, de offic. legat. in 6.

Vox in Capitulo eſt votum Canonicorum in Congregatione prolatum exprimens conſenſum, vel diſſenſum, circa ea quæ propoſita ſunt in Capitulo, & ſolet dari, vel publicè, vel per ſecreta ſuffragia, maximè in negotijs arduis, ſed tutiùs dicerē, ſi ſemper detur hoc vltimo modo, & dãdum eſt gradatim, prius à dignitatibus ſecundum earum præcedētiam, & deinde à Canonicis, eodem modo prò vt creati ſunt Canonici, & hoc regulariter; poteſt enim aliud habere
2 conſuetudo: Canonici autem ſupernumerarij non habent vocem in Capitulo.

3 Nota hic primo, quòd duo ſufficiunt ad faciendum Collegium, ſeù Capitulum, Abbas in cap. 1. & ibi gloſ. de electione.

Capitulum autem, ſeù Collegium conſtituit vnum corpus, cuius caput dicitur eſſe Prælatus, & alij, membra, cap. nouit & ibi Abbas, de his quæ fiunt à Prælat. ſin. conſ. cap. Pauinus de auth. cap. Sede vacante, præludio 5.

4 Nota ſecundò, quòd hæc nomina, Capitulum, Collegium, Conuentus, & Vninerſitas, ſunt ſynonima, idem ſignificantia, & propterea quęlibet Eccleſia collegiata poteſt dici Conuentus, & appellari Capitulũ, vel Vniuerſitas, licèt habeat vſus, vt Conuentus, de Regularibus intelligatur, & Capitulum, vel Collegium, de ſecularibus Religioſis. Abb. in cap. cum terra de elect. Felyn. in cap. Capitulum de reſcript. ſed aliquando hæc vocabula confunduntur, vt congregatio Clericorũ appelletur Cõuentus, & è cõtra, nam ex vi vocabuli, & ethimologia hoc verbum verificatur de omnibus col-
5 legiatis: & hic ſciatur, quod Cõuentus dicitur à conueniendo, ſicut Collegiũ dicitur à colligando Abb. in c. nobis de iur. patr. in 2. notab. ſed Capitulum dici poſſet, quia conſtat ex Canoni-
6 cis, qui ſunt capita, ſed minora populi, nam Epiſcopus eſt caput maius, & honorabilius populi, & Epiſcopi dicuntur Principes populorum, Canonici verò Cathedralis habent magnum honorem, & præeminentiam, c. quamuis de Præb. in 6. Rot. deciſ. 26. de Præb. in nouis nu. 6. & dec. 2. de fil. Præsbyter. in nouis, nam Canonicus dr̃ pars corporis Eccleſiæ, & Epiſcopi, c. nouit de his quæ fiunt à Prælat.

Quæſitum II.

SVMMARIVM.

1 *Prælatus Capituli, ſeù Collegij habet aliquã præeminentiã, & iuriſdictionẽ circa ea, quæ occaſione eius officij oriuntur.*

2 *Iuriſdictio prædicta quam habent Prælati inferiores Epiſcopo reſpectu Canonicorum dicitur leuis, non grauis, & nõ poſſunt cognoſcere de cauſis criminalibus.*

3 *Prælatus dicitur pars Capituli honorabilior.*

4 *Prælatus Capituli, qui eſt prima dignitas poſt Epiſcopatem, ſolet appellari Archidiaconus, Decanus, Archipræsbyter, Abbas, vel alio nomine ſecundum Eccleſiarum diuerſas conſuetudines.*

5 *Archidiaconi, Decani, Archipræsbyteri, & Abbates de iure dicuntur Prælati.*

6 *Prælati illi propriè dicuntur, qui habent ordinariam iuriſdictionem.*

An Pręlatus Capituli, ſeù Collegij habeat aliquam iuriſdictionem in ſubditos, etiam quod ipſi eum elegerint, ſiuè in choro, vel in Eccleſia, & in quibus, & quo modo?

1 Dic, quod habet aliquam præeminentiam, & iuriſdi-
ctionem

ctionem, circa ea quæ occaſione eius officij oriuntur, Rot. deciſ. 173. de theſauraria tit. de præbend. in nouis Felyn. in cap. ex parte Decani de reſcrip. Gemin. cap. 1. de conſuetud. facit l. fin. C. de iuriſd. omn. Iudic. Innoc. in c. cum ab Eccleſiarum de offic. ordin. Abb. cap. 1. de elect.

2 Nota primo, quod hæc iuriſdictio, quam habent Prælati inferiores Epiſcopo reſpectu Canonicorum, dicitur leuis iuriſdictio, & non grauis, nam non poſſunt cognoſcere de cauſis criminalibus, quę ad ſolum Epiſcopum ſpectant, nec poſſunt cogere ad reſidendum, ſed habent iuriſdictionem non cognitionalem, ſed correctionalem, itaque poſſunt inobedientes in eorum munere correctionaliter priuare ad tempus emolumentis illius diei vulgo punitare, ſeù caſſare per tot dies, dicerem tamē pœnam non debere extendi vltra lucrū illius diei, in quo commiſſus eſt defectus, vel omiſſum, quod fieri, & nō omitti debebat. Abb. in c. cum contingat de foro competen. gloſ. in tit. de concubinarijs, in pragm. ſanctione, §. quod ſi hi.

3 Nota ſecundo, ꝙ Prælatus dicitur pars Capituli honorabilior. gloſ. in c. cum inter Vniuerſas de electione.

4 Nota tertio, quòd Prælatus Capituli, qui eſt prima dignitas poſt Epiſcopalem, vbi reperiuntur dignitates, ſecundum Eccleſiarum diuerſas conſuetudines, ſolet appellari Archidiaconus, vel Decanus, vel Archipresbyter, vel Abbas, vel alio nomine, prout mos Eccleſiæ habeat in erectione. Sed in Eccleſia Beneuentana, prima dignitas eſt Archidiaconus poſt Epiſcopalem, qui habet iura quaſi Epiſcopalia in tribus Caſtris, nēpè, Colli, Cercelli, & Caſtripagani, ſicut Canonici Beneuentani habent nunc iuriſdictionem in ſpiritualibus, in Caſtro Sancti Lupi de mōtePetroſo, & creãt ibi Vicariū, olim ēt. in Caſtro Ceppaluni, temporalem, & ſpiritualem Iuriſdictionem habebant, & Dominus Archiepiſcopus Beneuentanus erat Baro Terræ Montis Herculis inſignis ſuæ Diœceſis, nunc tantum S. Angeli ad Cupulam, & Mottæ in territorio Beneuentano.

5 Nota quarto, ꝙ de iure Archidiaconi, Decani, Archipresbyteri dicuntur Prælati, cap. 1. de ætat. & qualit. & ibi Abb. Dec. in cap. ad aures de reſcript. ſicut etiam dicūtur Prælati Abbates, vt notatur in cap. ea noſcitur de his quæ ſiūt à Prælat. ſine conſ. cap. gloſ. in ver. Prælatus de elec. in pragm. Sanct. Abb. & Felyn. in cap. 11. de Iudic. in princip. & vt ſupradictum eſt, Decanus, & Archidiaconus quādo eſt prima dignitas, dicitur honorabilior pars Capituli.

6 Sed aduertendum, quòd illi propriè dicũtur Prælati, qui habent ordinariam iuriſdictionẽ, latè autem qui habent præeminentiam ſine iuriſdictione, vt sũt Plebani, latiſſimè verò dicuntur etiam presbyteri, qui habent curam animarum. Dec. in cap. decernimus de Iudic. col. 6. & videtur dicendum de Prælatis ſicut dici poteſt de Præpoſitis, vt Præpoſitus dicatur, qui alijs præeſt, vt habetur in c. quãuis de verb. ſignif. vide Abbat. in c. 11. de donatio. in 1. notab. & facit ad idem cap. quia nonnullis de Magiſtris, & hoc obiter dicta ſint.

Scio ego quendam Plebanũ, quem, dum fui in Viſitatione, inueni geſtantem anulũ ſatis amplũ, & preciosum, & interrogãti mihi, reſpondit ingenuè ſe eſſe Prælatum, & iure poſſe deferre anulum, mouit riſum hominis ſimplicitas, quippè etiã ſe iactabat ſe originem trahere a Carolo Magno, & ab eius Patre Pipino.

Quæſitum III.

SVMMARIVM.

1 *Prælatus Capituli debet proponere negotia decidẽda, & ſuffragia votantium colligere, & apud eum debet remanere ſigillum, & dicere primum votum.*

2 *Signa cognoſcendi Eccleſias Collegiatas.*

3 *Capellani, & alij beneficiati in Eccleſijs capitularibus, vel collegiatis non ſunt de corpore* Capituli, *ſeu* Collegij.

4 *Collegium nõ poteſt eſſe omninò ſine capite.*

5 *Collegium, ſeu* Capitulum *ſi habet curam animarum, ea cura reſidet penes Prælatum.*

6 *Prælatus tantam poteſtatẽ habet quando eſt ſolus, quantam habet cum ſuo* Capitulo.

Ad quem ex Canonicis pertineat declarare, proponere, tenere ſigillum, conſeruare ſcripturas, & dicere primum Votum in Capitulo?

DIc primo, quod in his ſtandum eſt conſuetudini particulari Eccleſiarum, quæ ſint in obſeruantia, quando ex ea non reſultent abuſus, ſed de iure Pre-
1 latus Capituli debet proponere negotia decidenda, & ſuffragia colligere votantium, ſiuè publicè, ſiuè ſecretè, prout mos Eccleſiarum habet, ita Speculator in tit. de locat. §. ſequitur, & ad eum pertinet cõcludere quod Canonici deliberauerint, Abbas in c. quanto de conſuetud. colum. 11. qui dicit, quod perfectio actus reſeruatur Superiori, & apud eũ Prælatum debet remanere ſigillum

lum, Caſſaneus in ſuo catalogo 1.par.conſiderat.17.in 1.concl. & fundatur per eum in c.dilecta, de exceſſ.prælat.

Et ad eundem etiam pertinet dare primum votum, Præpoſ.in c.Epiſcopos, 17.diſt. Caſſan.con ſiderat.19. 1.par.ſui catalogi, & ad eundem etiam pertinet conſeruare ſcripturas, & documenta, idem Caſſan.loc.cit.

2 Nota hic primo, quod ſigna co gnoſcendi Eccleſias collegiatas ponit Abb. in c.nobis de iure pa tronatus, & ſunt hæc, nempe ſi habeat priuilegium, vel ſi habeat poſſeſſioné ſuper iure Collegij, nam in vtroque caſu habebitur pro Collegio, & poſſeſsio Collegij cognoſcetur, ſi exercet iura pertinẽtia ad ſolum Collegium, nempe quia ſoliti fuerunt facere Syndicum, & per eũ iurare, c.Im peratorum, & c.in pertractandis de iuram.calum. Item ſi habent ſigillum commune, vel ſi conſue uerunt eligere Prælatum, cap.1. de elect.

Ceſſantibus his ſignis, etiam quod ſint plures clerici, non dice tur Collegiũ, Card. in clem.1. q.4.nu.8. de ætate, & qualitate, Felin.in cap.accedentes, de præſcriptionib.col.1.

3 Nota ſecundo, quod Cappellani, & alij beneficiati in Eccleſijs capitularibus, ſeu collegiatis nõ ſunt de corpore Capituli, ſeu Collegij, nec de per ſe poſſunt facere Capitulum, ſeu Collegium, Abbas in c.dilecta, de exceſſibus prelat.in 2.notab. in cap.pen.de clericis non reſidentib.col.fin.in cap.Cumana, de electione, in 5. not. Hinc in inſtitutione Beneficiatorum in Metropolitana Eccleſia Beneuẽtana per Illuſtriſs. Cardinalem Arigonium, nunquam ſatis laudatum, fuit expreſsè cautum, vt non poſſint ſe congregare.

Nota tertio, quod licet de ſignis Collegij ſit, vt habeat caput, tamen hoc non eſt de neceſſitate, loquendo de capite ſpeciali, ſed tamen oportet, vt habeat caput generale, vt Epiſcopum, vel Papam, gloſa in verb. Collegium, de electione, in prag mat.ſanct. & quando non haberet caput ſpeciale, tunc cura reſideret penes ipſum Collegium, & tunc maior pars Collegij, ſeu Capituli eſt inter eos loco capi-
4 tis. Hinc eſt, quod Collegium non poteſt eſſe omnino ſine capite, Vide notata per Innocent. in cap.cum non ignores, de præbend.

5 Nota quarto, quod ſi Collegium, ſeu Capitulum habeat curam animarum, hæc cura reſidet penes Prælatum, intellige quando ipſa Eccleſia collegiata eſt parochialis, Abb.ſingulariter in cap.cum contingat, de foro com petenti, in fine, & ille adminiſtrat Sacramenta parochianis, &

alijs vt adminiſtrent dat licentiam, licet non ſit presbyter. gloſ.in clement.1.de priuileg. & exceſſ.prælat. verb. presbyteri, Lapus alleg.5.in fine. Intellige dummodo i li, quibus daret licentiam, eſſent approbati ab Ordinario.

6 Nota qui to, quod tantam poteſtatem habet Prælatus, quādo eſt ſolus, quantā habet cum ſuo Capitulo, Felyn.in cap.edoceri de reſcriptis, col.9. Decius in cap.reprehenſibilis de appell. in fine, Abb.in cap.dudum, il 2. de elect.

Quæſitum IV.

SVMMARIVM.

1 *Iurans obedientiam Prælato, & Capitulo, debet prius obedire Prælato.*

2 *Corpus Collegij debet obedire illius Capiti.*

3 *Prælatus Collegij quomodo ſedebit.*

4 *Prælatus dicitur procurator, nō dominus Capituli, ſed habet maiorem prærogatiuam, quā alius procurator, & poteſt ſubſtentare ſuos conſanguineos de bonis Eccleſiæ, et ipſe viuere, & declaratur vt infra.*

Qui iurauit obedientiam Prçlato, et Capitulo, ſi hi mandant eodem tempore, vel diuerſo, contraria inter ſe, cui obediet de iure?

1 DIc, quod debet prius obedire non Capitulo, ſed Prælato, Abb.in cap. cum clerici, de verborum ſignificat. de Vitalinis in clement. 1. de ſent. excomm.nu.67.

2 Nota primo hic, quod corpus Collegij debet obedire illius capiti, c.cū non liceat de præſcript. & cap.non decet, & c.præceptis, 12.diſtinct. & cap.noſſe vos, de conſecr.diſt.3. ſunt enim Canonici membra capitis, quæ regulantur à capite, vt Inſt.de ſatiſd. §.final. & Baldus in cap. edoceri citato.

3 Nota ſecundo, quod Prçlatus Collegij, ſi eſt æqualis in aliqua qualitate alijs de Collegio, debet ſedere in medio, ſed ſi non ſit aliqua çqualitas, ſedebit in capite, & in loco eleuatiori, Caſſan. in 6.conſid.ſui catalogi, idem in 13.idē in 14. hic tamen Prçlatus tenetur ſolus procurare negotia ſibi, & Capitulo, ſeu Collegio cōmunia; & poteſt ſine mandato Capituli, Abb.in d.c.edoceri, in 2.not.idem ibi Dec.qui ſubdit, ꝙ

4 Prælatus dicitur procurator, nō dominus, ſed tamē maiorē prçrogatiuā habet Prælatus, quā alius pro-

procurator: & eſt pluſquã tutor, ſeu curator, nam Prelatus poteſt ſubſtentare ſuos conſanguineos inopes de bonis Eccleſiæ, ſeruatis ordine charitatis, & canonũ norma, & ipſe viuere, quod nequit tutor, ſeu curator, cap. 1. de cohabit. cleric. & mulier. & cap. paſtoralis, de his, quæ fiunt à prælat.

Nota etiam tertio, quòd pena ſtatuta à Prælato, & Capitulo, poteſt inferri à ſolo Prelato, Abbas in cap. reprehenſibilis de appellat. in vlt. notab.

Quæſitum V.

SVMMARIVM.

1 *Obtinentes dignitatem in Capitulo ſine Canonicatu non habent vocem in eo.*
2 *Habentes Canonicatum ſolum, habent vocem in Capitulo.*
3 *Prælatus principalis non caret voce Capituli, etiam ſi non eſt in ſacris.*
4 *Epiſcopum adeſſe in Capitulo ut Prælatum, & vt Canonicum differũt, intellige prout nu. 5.*
6 *Prælatus Eccleſiæ poteſt committere alteri vices Canonici abſentis, & de illius beneficio portionem aſſignare.*
7 *Canonicus etiam quod non ſit Subdiaconus, habet vocem in Capitulo, ſi Pontifex diſpenſat in ætate.*

An habeant vocem in Capitulo obtinentes, dignitatem, ſeu perſonatum, vel officium in Capitulo ſine Canonicatu.

1 DIc quod non, niſi ex cõſuetudine, vel priuilegio, ſeu aliquo iure ſpeciali competeret. Abb. in c. cum olim de re iudic. col. 3. vbi dicit, ꝙ ſolum habẽtes 2 canonicatũ, habent vocem in Capitulo. Hinc ſequitur, ꝙ Archidiaconus, vel Decanus eſt de Capitulo, ſi alias eſt Canonicus, ſin aliter ſoli Canonici facerẽt Capitulũ, Abb. in c. cũ inter vniuerſas in 1. not. de elect. & in cap. ſcriptũ, eod. tit. col. 3. id tamen verũ eſſet in voce, quã Archidiaconus, ſeu Decanus prętẽderet habere iure Collegij nõ vt Prælatus, nam poteſt quis habere vocem vt Prela tus, licet non habeat vocem iure Collegij. Prælatus enim larga ſignificatione dicitur eſſe in Capitulo tanquam illius caput, ſed in ſtricta ſignificatione ſub nomine Capituli nõ includitur Prælatus: ita ꝙ ſi Prælatus priuaretur voce Capituli, deberet intelligi de voce, quę ſolet haberi iure Collegij, nõ aũt de illa voce, quæ habetur iure prælationis, Card. in clem. 1. q. 10. de regular. Et ratio eſt, quia 3 principalis Prelatus nõ caret voce Capituli, ẽt ſi nõ eſt in ſacris, quod ſecus eſt in non principali,

Card.in d.clem.1.col 3.in quo loco concludit,ꝙ Prȩlatus nō dicitur habere vocē in Capitulo,nec eſt pars Capituli,propriè loquendo, vt not.in clem. vt hi,de æta. ſed eſt principalis in Capitulo, & ideo cōcluditur ibi in 6.oppo. ꝙ Prȩlatus habet vt talis vocem in Capitulo, ſed ſi haberet vocē etiā vt Canonicus, c.poſtulaſtis, de appell. c.à collatione,in 6. de præbend.c.cum in Eccleſia,in 6. in tali caſu Prælatus excluderetur tali voce, vt Canonicus.

4 Hinc ſequitur,quòd ſi Epiſcopus intereſt Capitulo vt Prælatus,& Canonici eſſent triginta,ſi ipſe haberet ſecū quindecim voces, nō diceretur habere maiorē partē Capituli, ſecus autē eſſet ſi interueniret vt Canonicus, quia in tali caſu ipſe Prȩlatus cōputaretur in numero vt Canonicus,Abb.in d.c.poſtulaſtis,de cōceſs.præb.col.3. gloſ.in c.vnico, ne ſede vacante,in 6.

5 Sed hic nota,quòd hæc intelliguntur de Epiſcopo, & Prælato reſpectu Eccleſiarū collegiatarū maiorum, non autem reſpectu Eccleſię collegiatę inferioris ſibi ſubditæ, licet ſit caput Collegij mediatum,non autem immediatum, Abb.in c.cauſam, de elect. in gloſ. 1.col.pen.

6 Nota etiam ſecundo,quòd Prȩlatus Eccleſiæ poteſt cōmittere alteri vices abſentis Canonici,& de illius beneficio portionē aſſignare,c.peruenit,el 2.de appell. & ibi gloſa. Sed hoc nō ſequitur in diſtributionibus quotidianis, nam abſente Canonico acquirūtur præſentibus; poterit tamen Prȩlatus ſuperior eum cogere ad reſidendum, iuxta canonicas ſanctiones.

7 Nota etiā tertio,ꝙ pręſuppoſito,ꝙ Canonicus nō habeat vocē in Capitulo, niſi ſit Subdiaconus, vt clem.2. de æta.& qualit. & ætas eſt 22.ann. incœpta, ex clem.3.eo.tit.Si Pōtifex diſpēſat in ætate,& fiat Subdiaconus,habet vocē in Capitulo,& ratio eſt, quia id erat non defectu ætatis, ſed ratione defectus ordinis talē ætatem poſcentis,Sanchez diſp. 1.lib.8.de diuort.nu.23.

Quæſitum VI.

SVMMARIVM.

1 *Dignitas, & prabenda non poteſt haberi in eadem Eccleſia de iure communi,de conſuetudine, & diſpenſatione verò ſecus.*

2 *Canonicus,cui facta eſt collatio Canonicatus, abſque alia inſtallatione habet plenum ius, tam in voce in Capitulo, quā in alijs.*

3 *Archidiaconus praecedit Archipresbyterum, licet ſit minor, vel in ætate, vel in promotione.*

4 Qui

4 *Qui eſt minor in ordine, ratione maioris adminiſtrationis habet primam vocem in Capitulo.*

An aliquis poſſit eodem tempore in eadem Eccleſia habere principalem prçlaturam ipſius, et Canonicatum?

1 DIc, quòd de iure communi non poteſt haberi in eadem Eccleſia dignitas, & præbenda, gloſ. in pragmat. Sanct. §. quod ſi quis, in verbo requireret, de collat.

Sed de conſuetudine, & diſpenſatione aliter obſeruatur, & conſuetudine induci potuit, vt quis habeat in eadē Eccleſia principalem prælaturam, & Canonicatū, Gem. in c. cū in Eccleſia, de prçb. col. 1. Io. de Silua de beneficio, q. 49. in 3. par. Guliel. de Benedictis in repet. c. Raynutius de teſtam. nu. 10. & alij. Et ita ſe habet cōſuetudo in inſigni Metropolitana Beneuēti Eccleſia, nam Dominus Archidiaconus, qui nunc eſt D. Marius de Vipera, ex illuſtri familia, quæ eſt prima dignitas poſt Archiepiſcopalem, eſt etiam Canonicus, & habet vnam vocem in Capitulo; & in Ciuitate Capuana Archiepiſcopus eſt etiam Canonicus.

2 Nota hic primò, quòd Canonicus, cui facta eſt collatio Canonicatus, abſque alia inſtallatione habet plenum ius, tam in voce in Capitulo, quàm in alijs, Felinus in cap. ſuper his, de accuſ. col. 1.

3 Nota ſecundo, quod Archidiaconus præcedit Archipresbyterum, licet ſit minor vel in ætate, vel in promotione, quia maior adminiſtratio ei commiſſa eſt, 25. diſt. c. 1. Et ſic dicas de alijs dignitatibus gradatim reſpectu aliorū, vide gl. infr. cit. 93. diſt. & Hoſt. in ſua ſum. de maio. & obed. §. in quibus attendatur obedientia. Conclude, quòd aliquādo minori debetur obedientia ob maiorem adminiſtrationē commiſſam reſpectu aliorum, vel etiam ſi obtineat locū ſuperioris, gl. in c. à Subdiacono, 93. diſt. & in hoc
4 caſu qui eſt minor in ordine, ratione maioris adminiſtrationis habet primā vocem in Capitulo, immo hic, qui cæteris præeſt, poteſt, & debet obuentiones Eccleſiæ diſtribuere, c. decimas, el 1. 16. q. 7. & hic etiam de iure eſt diſpenſator omnium, quæ habet Eccleſia, c. expedit, 12. q. 1. Et ſi quis eligitur in Canonicū, debet inueſtiri per manū ipſius, Arch. 21. diſt. in ſumma. Vide igitur quid operetur dignior adminiſtratio commiſſa, vt faciat præcedere minorem, etiam in ordine, aut ætate.

Quæ-

Quæſitum VII.

SVMMARIVM.

1 *Canonici citantur ad dandā vocem in* Capitulo,*et citatio conſtituit non venientes in contumacia.*

2 *Duo, & etiam vnus, cæteris negligentibus, repræſentant totam vniuerſitatem.*

3 *Citatio per Superiorē, conſtituit non venientes in contumacia.*

4 *In factis grauibus non ſufficit conuocatio per tabellam, vel per campanam, ſed vel per nuntium, vel per literas.*

5 *Actus expletus in* Capitulo *valet, licet inhabiles, & priuati non fuerint vocati.*

6 *Si omnes eſſent impediti, vel infirmi, vel citati non vellent venire in Capitulum, vel ſi nullus eſſet in ſacris, expeditio deuolueretur ad Prælatum.*

7 *Capitulum ibi dicitur adeſſe, ubi eſt maior pars Canonicorum, licet aliqui contradicant. Declaratur nu.*8.9.

Quomodo conuocantur Canonici ad dandam vocem in Capitulo?

1 DIc, quod quandò per eum, ad quem de iure, vel de conſuetudine conuocatio ſpectat, citātur Canonici, & tunc citatio conſtituit non venientes in contumacia, & in tali caſu venientes, & præſentes poſſunt expedire ea, quæ agenda incumbunt, etiam ſi hi præſentes non faciāt maiorem partem, ſed longè minorem.

Sed quando non congregantur citati per Præſidentem, ſed per ſe congregantur, vt fit in Capitulo Beneuentano qualibet die Mercurij, tunc oportet quod ſint præſentes duæ partes, Abbas in cap. cauſis, de electione, col. 4. Licet Decius tenuerit contrarium in cap. cum omnes, de conſtitution. ſed eius ratio non militat, ſcilicet quod ſequeretur, vt duo, vel tres ex vocatis, qui venirent, facerent corpus totius vniuerſitatis, quia hoc non eſt abſurdum, nam

2 duo, immo etiam vnus, cæteris negligentibus, repræſentant totam vniuerſitatem, Felynus poſt gloſam in cap. cum olim, de teſt. col. 11. & ibi Abbas, & in cap. in cauſis, de electione,

3 col. 4. Et ratio eſt, quia citatio per Superiorem conſtituit non venientes in contumacia, vt ſine ipſis poſſit expediri actus, Abbas, & poſt eum Felynus in dicto capitulo cum omnes, de conſtitutionibus, gloſa in clementina ne Romani, §. porro, & ibi Cardinalis de electione,

ctione, idem tenet Bertachinus de Epiſcopo, quæſt. 16. vel 45. in tertia parte libri primi, idem Panuinus de poteſtate Capituli ſede vacante, in præludio quinto. Vide pro totali deciſione huius quæſiti Innocentium de electione, cap. cum Eccleſia, il ſecondo, colum. penult. & ibi Abbatem, & Cardinalem in dicta clementina ne Romani, in fine, de electione, & in clementina quod circa, & ibi Cardin. de electione, quæſt. 12. Rocch. de Curte de iure patronatus, q. 58. nu. 91.

4 Sed concluſio Decij contraria poteſt intelligi de factis grauibus, in quibus non ſufficit conuocatio per tabellam, vel per campanam, ſed vel per nuntium, vel per literas, ita Abb. in dicto capit. cum omnes, & allegat cap. in cauſis, de electione, vbi ponit regulam, quomodo debeat conuocari Vniuerſitas.

5 Nota hic primo, quod valet actus expletus in Capitulo, licet inhabiles, & priuati non fuerint vocati, nec fuerit diſcuſſum per prius, an ſint priuati, Abb. de poſtula. prælat. in cap. gratum, rem bene declarat.

6 Nota ſecundo, quòd ſi omnes eſſent impediti legitimè, vel infirmi, vel citati nollent venire in Capitulum, vel ſi nullus eſſet in ſacris (quia ſolum qui ſunt in ſacris, habent vocem in Capitulo) regulariter, & de iure, expeditio deuolueretur ad Prælatum, gloſ. in clement. 11. in verb. conſtitutus, & ibi Card. quæſt. 15. de ætate, & qualitate.

7 Nota tertio, quod ibi dicitur adeſſe Capitulum, vbi eſt maior pars Canonicorum, licet aliqui contradicant, Abbas in cap. ex parte Aſtenſis, de conceſſione præbendæ, in ſecundo notabili, facit etiam textus, & ibi gloſ. in cap. cum inter Canonicos, de electione, & ibi etiam Abbas, dicit nanque ibi Abbas, quod vbicunque eſt diſſentio ſuper iuribus capitularibus, ibi dicitur adeſſe Capitulum, vbi eſt maior pars Capituli, & tunc tanquam Capitulum poteſt prouidere, & concludere, quod expedit.

8 Nec obſtat, quod Capitulum conſiſtit ibi, vbi ſunt duæ partes, vt l. plane, & l. nulli, ff. quod cuiuſque vniuerſitat. nam hoc eſt verum, quando Collegium, ſeu Capitulum eſt in congregando, ſed dum eſt congregatum, & inter eos diſceptatur ſuper negotio propoſito, tunc Collegium facit maior pars Capituli: intellige maior pars, & ſanior, Felinus in cap. cum omnes, de conſtitutionibus, columna decima tertia,

tia, & prius eo Abbas ibidem columna 9. & ſanior pars præſumitur in dubio, niſi contrarium probetur, Archidiaconus in cap. Nicena, trigeſima prima diſtinctione.

9 Nota quarto, quod hoc procedit in actibus Eccleſiaſticis, nam in profanis ſufficit quod ſit maior pars, nec eſt neceſſarium, vt ſit ſanior, & hoc eſt menti tenendum.

Quæſitum VIII.

SVMMARIVM.

1 *Appellatione Capituli, an veniat Prælatus, diſtinguitur vt infra.*

An appellatione Capituli veniat Prełatus?

1 DIc, quod ſi loquimur de Prælato habente iuriſdictionem in Collegio, ſeu Capitulo, non venit Prælatus appellatione Capituli, Abbas de præbendis, in cap. poſt electionem, col. 2. Sed ſi loquimur de inferioribus, qui non habent iuriſdictionem in illos de Collegio, vt Archidiaconus, vel Decanus, tunc quia Decanus eſt propriè pars Capituli, venit appellatione Capituli, maxime in re fauorabili, Felinus in proœmio decret. columna 4.5. qui addit, Prælatos inferiores ab Epiſcopo habere vocem in Capitulo de iure ſpeciali, vel de conſuetudine, ſed de iure communi ipſi non veniunt appellatione Capituli, intellige quando non ſunt Canonici; & ſecundum hanc doctrinam ſi Pontifex in re odioſa ſcribit Capitulo, non videtur ſcribere Archidiacono, vel Archipresbytero. Hinc habet ſtylus Curiæ Romanæ, quod in materia odioſa, ſeparatim exprimantur Prælati inferiores, ſed in materia fauorabili appellatione Capituli venit Prælatus ipſius inferior, Abbas in cap. Oſius Epiſcopus, de electione, in 3. notabili, & in cap. 1. de pactis, in vltimo notabili, Baldus in cap. finali, de electione, gloſa in verbo Collegium, §. 1. de electionib. in pragm. Sanct. vide etiam Ioannem de Selua q. 16. de beneficio.

Quæſitum IX.

SVMMARIVM.

1 *Actus voluntarius factus à maiori parte Capituli valet, repugnante, et reluctante minori, cum declarat.*

2 *Maior pars Capituli poteſt, reluctante minori admittere aliquos ad conſulendum in Capitulum in omni negotio etiã electionis, cum ampliat.*

3 *Minor pars contradicens, non tenetur probare coram maiori rationem ſuæ contradictionis.*

4 *Capitulum ſi non ratione, ſed voluntate contradicit Prælato, valet quod facit Prælatus, & ipſi de Capitulo haberi debent pro conſentientibus.*

5 *Archidiaconus eſt maximæ auctoritatis.*

An actus voluntarius factus à maiori parte Capituli valeat, repugnante minori parte, & reluctante?

1 DIc quod valet, niſi oſtendatur à minori parte, de non iuſtitia, & irrationabilitate, idẽ dicendum de actibus vtilibus, quod valeant, niſi opponatur de irrationabilitate, Felyn. in cap. cum omnes alias citat. de Cõſtitut. col. 11. Abb. in cap. ſcripta, de elect. qui allegat Compoſt.

2 Nota hic primo, quod maior pars Capituli, poteſt reluctante minori parte admittere aliquos in Capitulum ad conſulendum, in omni negotio Capituli, etiam electionis, imò hæc regula valet etiam pro qualibet Vniuerſitate tàm ſæculari, quàm Eccleſiaſtica, in explicandis eorũ negotijs.

3 Nota ſecundo, quod minor pars contradicens non tenetur probare corã maiori parte rationẽ ſuæ contradictionis, quia maior pars non eſt Iudex, tum etiam quia eſt ſuſpecta minori parti, ob talem repugnantiam, itaque erit Iudex ſuperior ipſius corporis, vel Vniuerſitatis, vel ſunt eligendi arbitri. Abb. in cap. cum in cunctis, de his, quæ fiunt à maior. gloſ. penult. & in tali ſi minor pars, vel etiã vnus de Capitulo aſſignabit iuſtã cauſam ſuæ contradictionis, ille ſolus prevalet omnibus alijs, & reuocabitur, quod concluſum iniquè fuerat.

4 Nota tertio, quod ſi Capitulũ, non ratione, ſed ſola voluntate contradicat Prælato, valet quod facit Prælatus, & ipſi de Capitulo haberi debent pro conſentiẽtibus, Archidiacon. in cap. Epiſcopum 61. diſtinct. & in Summ. 18. diſt. Felyn. in c. cũ omnes de conſtit. col. 13. gloſ. in cap. ſanè

5 65. diſt. & de Archidiacono, quod eſt tãtæ auctoritatis, ꝙ inter diuerſas opiniones (ꝑ deciſ. Rot. in antiq. 31. quã alibi ẽt citauimus de immun. cler. in Vaſculo Eccleſiaſticæ diſciplinæ) eſt ſtandum eius ſententiæ.

Quæſitum X.

SVMMARIVM.

1 *Duæ partes Canonicorum, non poſſunt recipere aliquem extraneum non Canonicum ad dandum vocem in Capitulo.*

2 *Gonclуſum in Capitulo, vt valeat debent ſimul conuenire ſaltem duæ partes Canonicorum.*

3 *Vocati per habentem poteſtatẽ, non venientes non cõputantur in numero duarum partium.*

4 *Conuocatio Capituli, abſente eius Præſidente ſpectat ad antiquiorem.*

5 *Canonici abſentes non vocantur in Capitulo, niſi in arduis, declaratur, vt infra.*

An poſſint duæ partes Canonicorum, Imò omnes recipere aliquem extraneum non Canonicum, & illum admittere ad dandum vocem in Capitulo, vt cęteri Canonici, ſi vnus contradicat?

1 Dic qđ vnus ſufficit ad impediẽdum in dicto caſu aliorũ voluntatem, & ratio eſt, quia intereſt cuiuſlibet nè admittatur extraneus, quia ex hoc diminuitur poteſtas cuiuſque Felyn. in c. cum omnes de conſtit. col. 12. vide Abbatem in cap. ſtrictum de electione col. 11.

2 Nota hic primo, quod vt valeat concluſum in Capitulo debent ſimul conuenire ſaltem duę partes, & ex his ad minus cõſentire maior pars, & ſanior, & tunc quod concluſum eſt, dicetur factum ab ipſa tota Vniuerſitate, quia duæ partes repreſentant totum corpus.

Sed ſi conuenirent plures, quã duæ partes, tunc requiritur maior pars duarum partium, Felynus in d. c. cum omnes de conſtitut. col. 21.

3 Nota ſecundo, quod vocati per habentem poteſtatem, non venientes non computantur in numero iſtarum duarum partium, namque alienos ſe monſtrant, & reddunt, Abbas in cap. inter vniuerſas de electio. col. j. & in c. cum nobis eod. tit. col. 11. in 3. notab. & ratio Abbatis eſt, quod vocati per habentem poteſtatem ſi nolunt comparere, faciunt ſe alienos, & non ſunt cõputandi inter abſentes nec inter eos, qui ſunt in Capitulo.

Sed quòad hunc actum explicãdum tunc ac ſi non eſſent Canonici, intellige ſi fuerunt conuocati per Præſidentem Collegij, alias duæ partes vocãdorum ad minus debent eſſe præſentes, & ex illis conſentire maiorem partem, Abbas in cap. in cauſis

ſupra

ſupra citat. de elect. col.4. & in cap.1. de his quæ fiunt a maior. par.cap.circa finem, Bertachin. in 3.par.j.lib.q.16. de Epiſcopo, & alias in eadem parte, & libro quæſt.45.

4 Nota tertio hic, quod abſente Præſidente Collegij, vel Capituli conuocatio ſpectat ad antiquiorem creatum Canonicum non ætate, in Capitulo Beneuentano abſente Archidiacono, qui eſt prima dignitas poſt Archiepiſcopalem conuocatio ſpectat ad Archipresbyterum, quæ eſt ſecunda dignitas, & ſic gradatim ad cæteras dignitates, vt vocant nempè Primicerios, maiorem, & minorē Theſaurarium, & Bibliothecarium, ſed quod abſente capite ſpectet ad antiquiorem tenet Rebuff. in tractatu nominationum quæſt.21. Felynus dicto cap. cum omnes de conſtitut. col. fin.

5 Nota quarto, quod quando dicitur, quod duæ partes ſunt vocandæ, intelligitur de Canonicis deſeruientibus, & præſentibus, nam abſentes non vocātur, niſi in arduis, Felyn. in d.c.cum omnes de conſtit. Abb. in c.cum inter Vniuerſas de election. Sed vbi negotium eſt arduum, vocātur etiam abſentes ſi commodè vocari poſſunt. Gloſa tamen in cap.11. de teſtibus in 6. quæ magiſtralis eſt dicit tantum in trib⁹ caſibus eſſe vocandos abſentes, ſed in illis caſibus vocantur, ob negotiorum arduitatem, & importantiam, hinc ſequitur regula, quod vocandi ſunt in omnibus arduis ſimilibus, vel etiā maioribus, Abbas in cap.cum ex iniuncto de operis nunciat. col.11. circa finem, Felyn. in d. cap.cū omnes de conſtit. ſed his non obſtantibus attendenda eſt conſuetudo Eccleſiarum, vt firmat Bertachinus de Firmo tertia parte, quæſt.7. nu.9. de Epiſcopo.

Quæſitum XI.

SVMMARIVM.

1 *Minor pars Canonicorum poteſt agere, & reſcindere concluſum à duabus partibus, vel maiori ſi eam non vocauerint, vel contemnerint.*

2 *Vitium contemptus poteſt ſeparatim per ſingulos purgari.*

3 *Qui non habet vocem in Capitulo non poteſt agere de contemptu.*

4 *Nolentes intereſſe Capitulo, quando agitur de intereſſe Eccleſiæ, compelluntur.*

An

An ſi duę partes eſſent concordes, vel maior pars, et contemnerent vocare minorem partem, vel non vocauerint, poſſit minor pars non vocata, agere, et reſcindere conclusum à maiori parte?

1 DIc quod ſic, ita habetur in cap. quod ſicut de electione, & ibi Abb. in 7. notab. ita Felyn. in c. cum omnes de conſtit. col. 21. & ratio eſt, quia plus obeſt contemptus vnius, quam oppugnatio, & cõtradictio multorum, Abbas in Capitulo bonæ memoriæ; il ſecondo de electione in 8. notab. col. 2. idem in cap. venerabilem eod. tit. nam contemptus vnius dumtaxat facit, vt poſſit retractari quod concluſum eſt, ſecus in contradictione aliquorum, qui præſentes ſunt, quia tunc valet quod eſt concluſum à maiori parte, & ſaniori.

2 Nota tamẽ primo, quod licet ratione contemptus poſſit actus validus infringi ab aliquibus de Capitulo contemptis, vitium tamen cõtemptus, poterit ſeparatim per ſingulos purgari, Felyn. in d. c. cum omnes col. 17. & ratio eſt, quia remouent obſtaculum, non autem fundant factum.

3 Nota ſecundo, quod non poteſt agere de contemptu, ſecundum Gemin. in c. ex eo in 3. notab. col. 1. dę electio. in 6. niſi habeat vocem in Capitulo.

4 Nota tertio, quod quando agitur de intereſſe Eccleſiæ poſſunt compelli ad intereſſendum Capitulo, qui nollent intereſſe, ſecus quando non agitur de intereſſe Eccleſiæ, Abbas in cap. quia propter de electione in 2. notabili.

Quæſitum XII.

SVMMARIVM.

1 *Canonici non poſſunt dare vocem in ſcriptis, vel in voce ſeparatim, ſed ſimul congregati.*

2 *Pontifex ſi mandat alicui Capitulo, vt talem eligant in Canonicum, vel vt conferat præbendam, tale mandatum debet exequi collegialiter.*

3 *Declaratur regula, quod ſufficiat maior, & ſanior pars Capituli ad concludendum.*

4 *Conuocatio Canonicorum poteſt fieri per ſonum Campanæ, & declaratur, ibid.*

5 *Canonici congregati aliquo modo inſolito in numero ſufficiẽti, poſſunt expedire.*

6 *Si omnes* Canonici *eſſent legitimè vocati, & citati, & duo, vel vnus tantum compareret, ille vnus poteſt expedire, præſente tamen Superiore Capituli.*

An

An ſufficeret ad concludendum affirmatiuè, vel negatiuè, ſi Canonici ſeparatim conſentirent, dando quiſque ſuam vocem, vel in ſcripto, vel in voce Notario Capituli, vel Secretario?

1 DIc, quod nõ ſufficeret, quia oportet vt ſint ſimul congregati tanquam Collegium, & collegialiter conſentiant, & concludant, Fel. in c. cum omnes, col. 16. & ibi Dec. in 1. lectura, col. 6. de conſtitutionibus.

2 Et hic nota primo, quòd ſi mãdatur à Sanctiſſimo D. N. Papa Capitulo Beneuentano, vt talem eligant in Canonicum, vel vt præbendam cõferant, debent exequi hoc mandatũ collegialiter, Fely. in d. c. cum omnes, col. 17. ſed ſecus eſſet dicendum, ſi eſſet facta collatio per Sanctiſſimũ, & mandetur Capitulo, vt prouiſum recipiant in Canonicum, in hac receptione non requiritur actus collegialis, cum ſit nuda receptio facti, Fel. in c. irrefragabili, de off. ord. col. 2. In Capitulo Beneuentano conſuetudo eſt etiam recipere hos collegialiter, ideſt congregato Capitulo.

3 Nota ſecũdo, quod ſuppoſito, quod ad concludendum ſufficiat maior pars, & ſanior, nec ſufficeret ſanior, niſi maior, loquendo de actibus eccleſiaſticis, nã ſecus in profanis, non tamen valebit quod facit maior pars præſentium, ſi non ſit maior pars reſpectu illorum, qui debent vocari, v. g. ſunt triginta Canonici, congregantur viginti nouem, nõ valebit factum per quindecim, contempto trigeſimo, quia computato abſente, reperitur quod concluſio nõ fuit facta à maiori parte totius Collegij, Abb. in cap. in Geneſi, de elect. col. vltima.

4 Nota tertio, quod conuocatio Canonicorum poteſt fieri per ſonum campanæ, vbi eſt conſuetudo, dũmodo campana poſſit audiri ab exiſtentibus in loco, vbi verò ageretur de arduis, in quibus eſſent vocandi abſentes, non ſufficeret ſonus campanæ, ſed vocandi eſſent abſentes, vel per citationem, vel per literas, vel per certum nuncium, Abb. de elect. in c. in cauſis, col. 3. In Reuerendiſſimo Capitulo Beneuentano mos eſt in arduis citatio, in leuibus verò ſonus campanæ, vt fit qualibet die Mercurij poſt Veſperas.

5 Nota quarto, ſi fuerint alio modo inſolito vocati, & ſimul congregati ſunt in numero ſufficienti, poſſunt validè expedire, Fely. in c. illud, de præſcript. col. 4. idẽ Dec. in d. 1. lectura, de conſtitut. & ratio ipſius eſt, quia cum ſint omnes præſẽtes, nemo remanet læſus, quod non ſit vocatus, vide Bal. in l. nulli, ff. quod cuiuſq. vniuer. qui dicit, non requiri conuocationem, quando omnes ſunt

B præ-

præſentes, nam conuocatio reſpicit non congregatos, ſed abſentes.

6 Nota quinto hic, quod ſi eſſent omnes legitimè vocati, & citati, & duo, vel vnus tantum compareret, videtur, quod ille vnus poſſet expedire, & concludere: intellige præſente Superiore Capituli, vt dicitur de Concilio vniuerſali, ad quod ſi ex Epiſcopis vocatis, tantum vnus veniret, & iniret Concilium, in eo eſſet authoritas tota ſtatuendi, præſente Domino Papa, vel Legato, vide Inn. in c. 1. de maio. & obed. & in c. 2. de nou. oper. nunciat. & vide cap. cum nobis, de elect. quia alij vocati nolentes venire, ſe fecerunt alienos, vide conſil. Rom. 303. Et hæc pro curioſis.

Quæſitum XIII.

SVMMARIVM.

1 *Maior pars Capituli, nõ dicitur maior comparatione minoris, ſed reſpectu totius Collegij, et datur exemplum ibid.*

2 *Capitulum ſi eſt congregatum in numero ſufficienti, & aliqui exeant, qui remanent poſſunt expedire, non obſtante aliorum abſentia.*

3 *Doctrina Abbat. in c. cum nobis, de elect. declaratur.*

4 *Vniuerſitas quando cõgregatur de per ſe, & non per Præſidentem, neceſſe eſt vt interueniãt duæ partes, et declaratur ibid.*

5 *Electio quomodo debet fieri.*

Quomodo dicitur maior, vel minor pars ad faciendum validum, vel inualidum actum?

1 DIc, quod maior pars Capituli, non dicitur maior cõparatione minoris partis, ſed reſpectu totius Collegij, Fely. in d. c. cum omnes, de conſtit. col. 14. Abbas in cap. Eccleſia veſtra, de elect. & ratio eſt, quia Capitulũ, ſeu Collegium conſtituitur ex omnibus ibi præſentibus, Abb. in c. quoniam, & in c. fin. de iure patro. col. pen. vbi dat exemplũ, vt ſi in vniuerſitate ſint triginta, & quindecim eligant vnum, octo eligant alium, & cæteri eligant tertium, in hoc caſu omniũ nulla erit electio, quia nulla reperitur facta à maiori parte vniuerſitatis, Bal. idem tenet in c. Eccleſia veſtra, & Dec. in c. cũ omnes, ſupra citatis. Vbi nota, ꝙ non præfertur, qui habuit plura vota, quia non habuit voces à maiori parte Capituli, idẽ tenet Rebuff. in verb. formam, in rub. de Regia ad præl. nom. facit §. vltimo, idẽ Bertacchinus in 1. par. c. 3. q. 14. num. 62. de Epiſcopo.

2 Hic nota primo, quòd ſi Capitulum eſt congregatum in numero ſufficienti, & aliqui exeant, qui remanent poſſunt explere

quæ

quę incũbunt, non obſtante aliorum abſentia, Abb. in c. cum nobis. de elect. in fi. Oldr. conſ. 122. Lapus alleg. 131. Gemin. in c. vbi periculum, §. ſanè, de elect. in 6. Limita quando exirent ex cauſa legitima, idem tenet Archid. in c. ſi forte, 65. diſt. Abb. dicit in d. c. cum nobis, col. fin. eſſe verum, niſi exirent duæ partes perſonarum capitularium, quia illi recedendo, qui repræſentant totum Capitulum, videretur reuocata conuocatio. Idẽ dic, ſi præſentes in Capitulo congregato in numero ſufficienti, multi noluerũt dare vocem, iſti habẽtur pro affirmantibus, Felyn. in cap. 1. de maior. & obed. col. 11.

3 Sed hæc limitatio Abbatis videtur nõ procedere, quando fuit facta cõuocatio per eum, ad quẽ de iure, vel de conſuetudine ſpectat, quia tunc citatio conſtituit in contumacia nõ venientes, vel recedentes, licet venientes ſint longe minor pars. Abb. d. c. cum omnes, & poſt eũ Fel. de conſtit. & contumax in hoc propoſito dicitur qui citatus comparuit, ſed illicẽtiatus receſſit, Nicolaus de Milis in ſuo repertorio, verb. cõtumax, Felyn. in c. 1. de iudicijs, col. pen. Dec. ibidem in 5. notabili, col. 4. qui dicit, quod eadẽ pœna punitur, qui nõ comparet, & qui comparuit, & abſque licentia recedit, gloſ. in c. cupientes, de elect. in 6. §. quod ſi per viginti dies.

4 Sed quando Vniuerſitas per ſe congregatur, & non per Præſidẽtem, tunc duæ partes neceſſe eſt, vt interueniant, & ſi aliqui recedunt, non poſſunt, qui remanent explere ea, quæ incumbũt, Abb. in c. citato in cauſis, & cap. cum omnes, & ibi Felyn. col. pen.

Nec etiã valeret factum à Canonicis, ſi vnus eorum, qui actui intereſſe debebat, ex neceſſitate receſſit, ſed cum licentia, ita reſpondet Bertacchinus in 3. parte, lib. 1. q. 55. num. 50. hæc ſententia Innocentij in cap. conſiderauimus, de elect. & ibi DD. contraria ex his.

5 Nota hic ſecundo obiter, quod electio debet fieri in Choro, vel in Capitulo regulariter, vide Abbatem in cap. in terra, de elect. qui notat in cap. quod ſicut, eodẽ tit. quod ſi ceſſante cauſa fieret, ſaltem extra ambitum Eccleſiæ, non valeret, ſed in his præualet conſuetudo.

Quæſitum XIV.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus ſi eſt etiã Canonicus, non habet primum locum in dando vocem in Capitulo. Declaratur nu. 2. & 3.*

4 *Archidiaconus qui non eſt Canonicus, quomodo habet vocem in Capitulo.*

Si Epiſcopus eſt etiam Canonicus, an habeat primum locum in dando vocem?

1 DIc, quod non, quia ibi tunc eſt vt Canonicus, non autem vt Epiſcopus, ſed primam vocem dabit, qui eſt primus inter Canonicos, gl. in c. à collatione, de appellat. in 6. Abbas in c. audiſtis, de elect. col. 11. Felyn. in rubr. de maior. & obed. qui dicit, quòd Epiſcopus ſaltē debet habere ſecundum locum in dando vocem, ſed non in ſedendo, Caſſan. 4. p. conſiderat. 45. ſui catalogi gloriæ mundi.

2 Nota tamen hic primo, quod ceſſante ſtatuto, vel Eccleſiæ conſuetudine, debet Epiſcopus habere primam vocem, quia eſt caput, & Canonici membra, & hoc eſt rationabilius, & decentius, c. nouit, de his, quæ fiunt à præla. Abb. in c. poſtulaſti, de conceſſ. præbendæ, & Eccleſię non vacantis, in verſ. ſed quæro.

3 Nota ſecundo, quod quando Epiſcopus intereſt vt Prælatus, & Canonici eſſent triginta, ſi haberet quindecim voces, non ſufficeret, quia non habet maiorem partem Capituli, vt ſupra dixi, ſecus ſi interuenit vt Canonicus, idem dic de quolibet Prælato Collegij, quando non eſt Canonicus, Abb. in cap. poſtulaſtis, de conceſſ. præb. col. 3. gl. in c. 1. ne ſede vacante, in 6. habet tamē Epiſcopus poteſtatē concludendi ſecundum maiorem partem, vt not. in c. à collatione, in 6. de appellationibus.

4 Archidiaconus, qui nō eſt Canonicus, non habet vocem in Capitulo vt Canonicus, ſed bene poteſt habere ratione dignitatis, in hoc tamen ſtandum eſt cōſuetudini Eccleſiæ.

Quæſitum XV.

SVMMARIVM.

1 *Maior pars Capituli non poteſt donare ea, quæ ſunt cōmunia pluribus vt ſingulis, & declaratur ibid.*

2 *Vocabulum, ſeu vox (Capitulū) explicatur.*

3 *Electio Prælati Eccleſiæ collegiata de iure ſpectat ad Capitulum. Declaratur nu. 4. & 5.*

An maior pars Capituli poſsit donare quartilios, vel aliud emolumentum, reluctante minori parte, vel aliquo reluctante?

1 DIc, quod regula eſt, quod ea quæ ſunt communia pluribus vt ſingulis, maior pars non poteſt donare, in præiudiciū aliorum, qui non conſentiunt, Dec. in c. cum omnes, de conſtit. in 1. lect. col. 2. Intellige hanc regulam, quando iure proprio, & ſingulari cōpetit ius, ſecus eſſet

in iure Eccleſiæ, quia tunc valet quod facit maior pars, ſicut valet quod facit circa communia pluribus, vt vniuerſis, puta in rebus ipſius Capituli, vel Collegij, & ratio eſt, quia non agitur primariè de intereſſe ſingulorum, ſed eſt factum Collegij, vel Capituli, & hæc eadem ratio valet etiam in actibus voluntarijs, vt tenet Dec. locó cit. In Capitulo Beneuentano agitur ſatis benignè in donãdis huiuſmodi quartilijs, vt vocant, nam non accipiunt cum rigore quartę partis, ſed quid exigunt, quod ab omnibus ferè Canonicis ſemper approbatum eſt, exceptis quibuſdã paucis, quos alij de auaritia arguebant, fuit huius moris quidam, quem non nomino, quia omnes Canonici eum norunt, & futuræ memoriæ parum dignus eſt.

2 Nota hic primo, quod quãdo hoc vocabulum, ſeu vox (Capitulum) iungitur cum verbo ſonante ius, iungitur numero ſingulari, vt Capitulum Beneuentanum habet ius eligendi, ſed ſi iungatur cũ verbis ſonantibus exercitium, ſeu actum, vt Capitulum Beneuentanum elegerunt N. in Canonicum, & ratio huius diuerſitatis eſt, quia actus ſunt ſingulorum, ſcilicet dare vocem, ſed ius eligendi reſidet penès ipſum corpus Capituli, ſeu Collegij, & hoc ſit additum pro delicati, & perſpicacis ingenij viris, qui ſecundum vocabulorum proprietatem loqui ſtudent, vt fuit Illuſtriſſimus, & Reuerendiſs. Valerianus Mutus Patricius Romanus, Vicarius Beneuentanus, poſtea Nuntius Apoſtolicus Neapoli, Dominus à me ſemper laudandus, ob vitæ probitatem, ſcientiæ eminentiam, & generis nobilitatem.

3 Nota ſecũdo hic, quòd electio Prælati Eccleſiæ collegiatæ de iure ſpectat ad Capitulum, vt habetur in c. 1. de elect. poſſet tamen ex conſuetudine ſpectare ad Epiſcopum, Io. And. in c. cum venerabilis, de exceptionib. & in c. 2. de in integ. reſt. & in c. nobis, de iurepatr. & in c. accedentibus, de exceſsib. prælat. & prius eo Hoſt. in locis citat. vide Io. de Selua de beneficio, q. 22. nu. 43. in 2. par. nã Epiſcopus poteſt de iure ſpeciali, puta de conſuetudine habere ius eligendi, imo ex conſuetudine poteſt induci generalis conſuetudo, vt Epiſcopi habeant electionem Prælatorum in ſuis Eccleſijs, Abb. in c. cum veniſſent, de in integ. reſt. in 2. notab. & ſic etiam poterunt Epiſcopi amittere hoc ius per contrariam cõſuetudinem, per tex. in cap. 1. de electione.

4 Aduertendum tamen tertio, quod nõ per hoc, quod Canonici Eccleſiæ collegiatæ eligant ſibi caput, poſſint eligere, ſeu inſtituere Canonicos, ſed hoc pertinet ad Epiſcopos, niſi cõſuetudo

aliter habeat, vide Fely. in c. cum venerabilis, de exceptio. col. 14. & Ioan. de Selua in tract. de beneficio, q. 22. nu. 14. in 2. p. ſed in omnibus his attenditur conſuetudo, quæ præfertur iuri communi, Abb. in cap. cum Eccleſiæ, de elect. col. 3. & ſeq.

5 Nota quarto hic, quod ſuppoſito, Canonicos habere electionē Prælati, eo deficiente, niſi ad aliū ſpectaret de iure, vel conſuetudine, conuocatio Capituli ſpectat ad eum, qui eſt antiquior in ordinatione, non tamen iſte poteſt exercere iuriſdictionē, niſi hoc haberet conſuetudo, hinc nō poterit punire non venientes, nec agere nomine Eccleſiæ, aut facere contractus, quia non eſt Prælatus Eccleſiæ, ſed tantum habet iſtā maioritatem in honoribus, poterit tamen facere cōtumaces abſentes, ita vt poteſtas reſideat penès venientes, Abb. in c. 1. de maior. & obed. col. 2. Fel. in c. cū omnes, de conſt. in fi. ſed regulariter debent cōuocari per illum, qui eſt caput Capituli, ratione dignitatis, non autem temporis, Felyn. in c. 1. de maior. & obed. col. 1. & ſeq. vide Rebuff. q. 21. in tract. nominationum.

Quæſitum XVI.

SVMMARIVM.

1 *Capitulum ſede vacante poteſt vnire beneficio, ſicut vnit Epiſcopus viuens.*

2 *Capitulum nullam regulariter habet iuriſdictionem, niſi ex priuilegio, vel conſuetudine.*

3 *Canonici nullam habent iuriſdictionem ſuper* Canonicos, *niſi ex conſuetudine.*

4 *Subiectus per iuramentum Epiſcopo, et Capitulo, nō eſt ſubiectus ſingularibus de Capitulo.*

5 *Poteſtas eligendi ſi eſt data Prælato, &* Capitulo, *tantam habet ipſe Prælatus, quantam Vniuerſitas, vel totum Capitulum. Ampliatur etiam in pœnalibus, nu. 6.*

7 *In dubio ſtatur dicto illorum de Capitulo, & ſunt idonei teſtes, quando tractatur de iure Capituli, non vt ſingulorum.*

8 *Capitulum, an poſſit Epiſcopo mortuo inſtituere, & confirmare electos, remiſſiuè.*

An Capitulum, Sede vacante, poſsit vnire beneficio, ſicut vnit Epiſcopus viuens.

1 DIc, quòd ſic, dūmodo nihil depereat iuri Epiſcopali, Felyn. in c. cum olim, de maior. & obedient.

2 Nota hic primo, quòd Capitulum nullam regulariter habet iuriſdictionem, niſi ex priuilegio, vel ex conſuetudine, tex. & Abb. in c. cū contingat, de foro comp. & cap. irrefragabilis, de off. ord. §. exceſſus, & ibi etiā Abb. col. 2. Sed quando iuriſdictio competeret

teret

teret Capitulo, vel Collegio, tũc non eſt apud ſingulos, nec exercitium iuriſdictionis, ſed eſt apud corpus Capituli, ſeu Collegij fictum, & repræſentatum per ſingulos ſimul collectos. Inn. in d. c. irrefragabilis, & ibi etiã Abb. col. 3. cum Felyno de off. ordin. Abbas etiam in c. prudentiam, & ibi Decius de offic. delegat. Non obſtante quod nemo ſibi imperet, l. penult. ff. de arbitr. tamen Capitulum imperat ſingulis, quia aliud ſinguli, aliud vniuerſi, Felyn. in cap. eam te, de reſcript.

3 Nota ſecundo, quòd Canonici non habent iuriſdictionẽ ſuper Canonicos, & collegialiter, niſi, vt ſupra, vbi eſt cõſuetudo. Abb. in c. cum cauſa, de off. deleg.

4 Nota tertio, quòd qui eſt ſubiectus per iuramentum Epiſcopo, & Capitulo, non eſt ſubiectus ſingularibus de Capitulo, quia eſt aliud ſinguli, aliud eſt vniuerſi, vt ſupra, ſed deputato à Capitulo Iudici.

5 Nota quarto, quòd ſi ſit data poteſtas Prælato, & Capitulo eligendi aliquem in Canonicum, tãtam habet poteſtatem eligendi ipſe Prælatus ſolus, quantam Vniuerſitas, ſeu totum Capitulũ de iure, niſi aliud appareat de mente ſtatuentium, & ratio eſt, quia nominatus in aliqua actione, tantam habet ſolus poteſtatem, quam plurimi innominati coniuncti per nomen collectiuũ.

6 Hinc ſi incidit in aliquã pœnam Epiſcopus, & Capitulum, ipſe Epiſcopus tenetur pro dimidia, & pro reliqua dimidia ipſum Capitulum, Fely. in c. paſtoralis, de reſcript. col. pen. & ſeqq. Rocch. de Curte de iurepatr. q. 3. nu. 8. Ioan. de Selua de beneficio, 2. p. q. 17. col. 6. Et hæc doctrina eſt vera, quando ius prælaturæ eſt diſtinctum à iure Collegij, vt in Epiſcopo, qui non eſt propriè de Capitulo, ſecus autem eſſe in eo, qui eſſet Prælatus Capitulo, & ius ſuum haberet cõfuſum cum Capitulo, vt in Archidiacono Beneuentano, qui, vt Archidiaconus, eſt etiam Canonicus.

7 Nota quinto, de geſtis in Capitulo, quando dubitaretur, ſtatur dicto illorum de Capitulo, & vbi tractatur de iure Capituli, nõ vt ſingulorũ, illi de Capitulo ſemper ſunt idonei teſtes, Fely. in c. tertio loco, de prob. col. 2. non ſunt tamen teſtes omni exceptione maiores in cauſa Collegij, ſed in actibus difficilis probationis, niſi per illos de Collegio, bene probant, Decius in d. c. tertio loco, ex communi ſententia DD.

8 Nota ſexto, quòd an Capitulum poſſit, Epiſcopo mortuo, inſtituere, & confirmare electos, videndus eſt Abb. in cap. ex frequenti, de Inſtit. vide glo. in cap. fin. de off. vic. in 6.

Quæſitum XVII.

SVMMARIVM.

1 *Vicarius ſi eſt Canonicus, quomodo ſedebit, & dabit vocem.*
2 *Canonicus priuatus, & reſtitutus, quem locum habebit.*
3 *Capitulum ſi vocat Canonicum non vocandum, ſi eo non expectato, negotium completur, & expeditur, actus valet.*

An Vicarius Epiſcopi, ſi eſt Canonicus, in ſedendo in Choro, vel in Capitulo, ſedebit in loco primo, vt Vicarius, et dabit vocem primus?

1 DIc, quod quando eſt ibi, vt Canonicus, debet ſedere tam in Choro, quã in Capitulo, & dare vocem in loco alias ſuo, Gemin. in c. à collatione, de appellat. in 6. col. pen. & poſt eum Felyn. in rub. de maior. & obed. col. 2. Caſſan. in catalogo, 4. p. conſid. 45. ſed quando Vicarius exiſtit in actu, in quo eſt vt Vicarius, ſedebit in loco maioris, c. præcipimus, 93. diſt.

2 Nota hic primo, quòd Canonicus priuatus omni iure Collegij, non recuperat primum locũ, ſi reſtituitur, ſed habebit locum quod ei competit ſecundũ tempus reſtitutionis, Fel. in c. ex inſinuatione, col. 2. de ſimonia, Rebuff. in tract. nominationum, q. 21. Idem dic de Canonico, qui infirmus reſignauit, ſi poſtea cõualuerit, & per aliam reſignationem obtinuerit eundem Canonicatum, non habebit primum locum priorem, ſed locũ vltimũ, & vt vltimus dabit vocem in Capitulo, ſcilicet ab eo tempore, quo recuperauit Canonicatum, & ſi ſit conſuetudo, vt nouus Canonicus aliquid ſoluat, debet ſoluere, quia verè eſt nouus Canonicus, Rebuff. vbi ſupra, hoc accedit, & obſeruatum eſt in praxi in Eccleſia Beneuentana.

3 Nota ſecundo, quod ſi Capitulum vocat Canonicum, qui non debebat vocari, ſi eo non expectato, negotium completur, & expeditur, valet actus, Felyn. in c. examinata, de iudicijs, col. 7. Et ratio eſt, quia non deeſt vox neceſſaria, & vocatio non tribuit illi ius.

Quæſitum XVIII.

SVMMARIVM.

1 *Conſuetudo Capituli, etiam iuramento firmata, quod in negotijs Capitularibus omnes Canonici debeant concordare, alias actus non valet, eſt inualida.*
2 *Eſt etiam dicta conſuetudo inualida, ſi dictaret, quod duæ partes ad minus concordarent. Declaratur num. 3.*

4 *Prin-*

4 *Principaliores Capituli poſſunt puniri, ſi ſcripſerint literas ſub nomine Capituli, eo tamen inſcio.*

5 *Si creatur Canonicus per Papã, eſt valida poſſeſſio data per ſingulos Canonicos, etiam quod nõ ſit data in pleno Capitulo.*

An valeret conſuetudo Capituli, etiam iuramento firmata, vt in omnibus negotijs capitularibus, omnes Canonici debeant concordare, et aliàs non valeat actus?

1 DIc, quòd non valet hęc conſuetudo tanquam contra Eccleſiæ vtilitates, nam de difficili omnes Canonici concordãt, & ſic impediretur vtilitas Eccleſiæ, ſi factum à maiori parte non valeret, Abbas in c.1.de his, quæ fiunt à maiori parte, col.2.

2 Nec valeret conſuetudo, ſeu ſtatutũ, vt duæ partes ad minus debeant concordare, Abb. ibidẽ.

3 Sed Decius diſtinguit, quod aut ſtatutum eſſet de omnibus negotijs capitularibus, & ſic non valeret, neque valeret conſuetudo ſic diſponens, etiam iurata, aut eſſet in aliquibus caſibus particularibus, & arduis, & ſic valet cõſuetudo, & ſtatutum, in c.cum omnes, col.pen.de conſt. Et hanc diſtinctionem videtur amplecti Abb. in c.conſtitutus, de appell. vbi notat, ꝙ poſſunt illi de Vniuerſitate ſtatuere, vt non valeat aliquis actus, niſi conſentiant omnes, & ratio eſt, quia à principio ita placuit omnibus ſe ligare, dicit tamen Abbas ibidem, quod hoc procedit, niſi aliter fuerit diſpoſitum à iure, ſcilicet, vt valeat factum à maiori parte, vel niſi propter hoc ſtatutũ, ſeu cõſuetudinẽ impediretur Eccleſiæ vtilitas, vel niſi aliud ſuaderet neceſſitas, tunc enim nõ obſtante ſtatuto, valeret actum à maiori parte, arg. c.1.de his, quę fiunt à maio. par. capit. & c.cum omnes, de conſt. vbi etiam dicit Abb. quod poteſt ſtatuere Vniuerſitas, quod valeat actus à pluribus de Vniuerſitate, licet non faciant maiorem partem totius Vniuerſitatis, ſed ſunt plures partium facta comparatione acti per minorem partem.

4 Nota hic primo, quod inſcio Capitulo, principaliores nõ poſſunt ſcribere literas ſub nomine Capituli, aliàs poſſunt puniri; Abb. in c.ſuper his, de teſti.cog. & in c.literis, de teſtib. col.2.

5 Nota etiam ſecundo, quod ſi creatur Canonicus per Papam, valida eſt poſſeſſio data per ſingulos Canonicos, etiã quod non ſit data in pleno Capitulo, Rot. in nouis de cõceſſ.pręb. deciſ.15. in princ. Fel. in c.eã te, de reſcrip. vbi etiã loquitur inferius de conſuetudine, quod conſenſus præbeatur ſeparatim, cum nominibus ſingulorum.

Quæ-

Quæſitum XIX.

SVMMARIVM.

1 *Nomina Canonicorum apponere in inſtrumento à Capitulo confecto, non eſt neceſſe, ſed ſufficit dicere, Capitulum ſic fecit.*

An ſit neceſſe vt nomina Canonicorum ponantur in inſtrumento confecto à Capitulo?

1 DIc, quod nõ eſt neceſſe, licet ſit bonum, niſi in caſibus à iure expreſſis, ſed ſufficit dicere, Capitulum fecit ſic, Abbas in c. quanto, de his, quæ fiũt à præl. Sed in Capitulo Beneuẽtano per Notarium Hieronymũ Graſſum probatæ vitæ, & ſatis cautum ſcribũtur nomina Canonicorũ, ſed quando non ſcribuntur nomina ſingulorum, ſi tale inſtrumentum ſit munitum ſigillo Capituli, ſeu Vniuerſitatis, facit plenã fidem, intellige in arduis, quia in negotijs ordinarijs ſufficit inſtrumentũ Capituli, & probat, niſi probetur contrarium, Gemin. in cap. fin. de pactis, in 6. Dec. in c. cum omnes, in 1. lect. de conſtit. Rota concl. in antiquis 132.

Quæſitum XX.

SVMMARIVM.

1 *Qui non ſunt de Capitulo, & vellent per vim intrare, & habere vocem, poſſunt licitè expelli.*

2 *Ampliatur etiam in Vniuerſitate.*

3 *Diſpenſatus ad obtinẽdum præbendam, etiam ſi habeat annexum ordinem ſacrum, non eſt diſpenſatus vt habeat vocem in Capitulo.*

4 *Authoris opinio contraria.*

5 *Canonicus excõmunicatus, ſeu aliàs prohibitus, ſi admittitur ad dandum vocem in Capitulo, actus inficitur.*

An ſi aliqui per vim vellent intrare vbi eſt coadunatum Capitulum, qui non ſint de Capitulo, et vellent habere vocem, poſſint expelli?

1 DIc, quod hi poſſunt licitè expelli, quia turbant Capitulum in ſua quaſi poſſeſſione iu-
2 ris. Idem dic de qualibet Vniuerſitate, Abb. in c. 1. de immu. eccl. & in c. cum Vinton. de elect. vbi cõcludit, quod ſi priuatus notoriè vellet omninò intereſſe Capitulo, poteſt violenter expelli, Rom. in ſuis ſingularibus, ſing. 673. per tex. in c. in loco benedi-

diſtionis, 5.q.4.facit tex.in c.veniens, & in c.cum voluntate, de ſent.ex quo Decius in c.dil. ctis, de appell.in fine.

3 Nota hic primò, quod qui obtinuit diſpenſationem, vt poſſit obtinere præbēdam, etiam ſi habeat annexum ordinem ſacrū, non eſt diſpenſatus, vt habeat vocē in Capitulo, & ratio eſt, quia diſpēſatio operatur ſine illo acceſſorio, cum habilitet ad Canonicatum, Felyn.in c. poſtulaſti, de reſcriptis, col.15. ſed ſi quis fuerit diſpēſatus ad ordines ante ætatem, poterit etiā dare vocē in Capitulo, & ratio eſt, quia non erat inhabilis ad id, niſi ob defectum ſacri ordinis, Felyn.in d.c.poſtulaſti, vbi inducit etiam gl.de reſcript.

Sed tenet contrariū ipſe Fely. in c.at ſi clerici, de iudic.col.19. quod diſpenſatus ad ordines, nō poterit dare vocē in Capitulo, durante minori ætate, idē tenuit Io.de Selua de beneficio in 2.par te, q.6.vbi dicit, quod diſpēſatio operatur circa omnia alia, præter quam vocem in Capitulo, idē tenet Bonif. de Vitalinis in cle. generalē, de æta.& qual. nu.34.

4 Ego, ſalua meliori ſententia, dicerem, quod poſſet dare vocē in Capitulo, quia diſpenſatio Apoſtolica etiā habilitat ad ordinem, & alia ſequentia, quod dare vocem, & exercere actū ordinis.

5 Nota etiam ſecundo, quod ſi Canonicus excōmunicatus, ſeu aliâs prohibitus fauore iuris publici, admittitur in Capitulum ad dandā vocem ſcienter in electione, actus inficitur, ſic etiam in alijs negotijs capitularibus, ſecus eſſet in illo, qui eſſet inhabilis fauore aliorum habilium, quia illi poſſent eum habilitare, vt non exiſtens in ſacris, poteſt admitti ad vocem, & nō vitiatur actus, ſed hæc vox non computatur inter cæteras voces, Abb. in c.fin.de procurat.col.pen. Fely. in c.ſuper eo, de offic.deleg.& in c.cum M. Ferrarienſis, de conſt. col.2.de Vitalinis in clem.2. de ætate, & qualitate, col.3.

Quæſitum XXI.

SVMMARIVM.

1 *Prælatus Capituli non poteſt conuocare illud ad ſui libitū, ſed temporibus conſuetis.*

2 *Canonicus, ſi tanquam nouus dat fructus primi anni, vel aliud Capitulo, ſi poſtea diuidātur inter ſingulos, dabitur ei portio competens pro rata.*

3 *A ſententia Capituli non appellatur ad effectum ſuſpenſiuum, ſed in deuolutiuo ſecus.*

4 *Compromiſſum factum à Canonicis præſentibus, non poteſt reuocari ab abſentibus.*

5 *Canonicus reſignans Canonicatum, non priuatur poſſeſſione ſua, queuſque alter cœperit poſſeſſionem.*

An

An Prǫlatus Capituli poſſit ad ſuum libitum conuocare Capitulum, ſeu ad congregationem?

1 DIc, quod non, ſed poteſt cōgregare temporibus conſuetis, Abbas in cap. his, quæ, de maior. & obed. col. 1. Panuinus de author. cap. ſede vacante, 5. prǫlud. poſſet etiã congregare quandocũq; aliquod negotium vrgens Capitulo immineret.

2 Nota hic primo, quòd ſi Canonicus dabit aliquid, puta fructus primi anni, vel aliud Capitulo tanquam nouus Canonicus, ſi poſtea diuidãtur inter ſingulos, dabitur ei portio competẽs pro rata, Fely. in cap. accedentes, de præſcript. col. pen.

3 Nota etiam ſecundo, quòd à ſententia Capituli non appellatur ad effectum ſuſpenſiuum, gloſ. in c. Eccleſia, 16. q. 1. ſed in deuolut uo valet appellatio, ſi eſt rationabilis, & poterit reuocari quod eſt diſpoſitũ per maiorem partem, Abb. in cap. cum in cunctis, de his, quǫ fiunt à maiori par. cap. col. 1. Immo ratio vnius de Capitulo contradicentis prǫualet omnibus alijs, vt ſupra diximus, ſecundum Archid. in cap. Epiſcopum, 61. diſt. & gl. in c. 1. 65. diſt.

4 Nota tertio, quòd ſi omnibus Canonicis legitimè vocatis, eſſet factum compromiſſum à prǫſentibus in aliquos, & antequam publicaretur electio, & re integra aliquis de Canonicis abſentibus ſuperueniret, non poterit contradicẽdo reuocare compromiſſum factum à Capitulo, omnibus uocatis, Archid. in cap. factus eſt, 7. q. 1.

5 Nota quarto obiter, quod in reſignationibus Canonicatuum, Canonicus reſignans non priuatur poſſeſſione ſua, quouſque alter cǫperit poſſeſſionẽ, ita dixit pſpicaciſſimus Dom. D. Petrus Micillus Vicarius Generalis multis nominibus dignus, inter cǫteras DD. ſẽtẽtias in hac re dubia.

Quæſitum XXII.

SVMMARIVM.

1 Canonicus non dicitur habere ſucceſſorem, & quod eſt debitum de redditibus beneficialibus ſpectat ad Capitulum.

2 Canonicus habet tantum viuere de præbenda, & quod ei ſupereſt debet conuerti in pios vſus.

3 Canonicus nõ valens ire ad dandum vocem in Capitulo, reputatur vt abſens.

4 Clericus ſimplex poteſt eſſe Canonicus, ſed ſi non eſt Subdiaconus non poteſt intereſſe Capitulo.

5 Lite vertente inter aliquas dignitates alicuius Collegiatæ circa obedientiam, ſi interim alter

alter alteri eam præſtet, uidetur tacitè renunciare.
6 *Canonicus poteſt eſſe teſtis contra alium Canonicum.*

An Canonicus nouus dicitur ſucceſſor Canonici pręmortui, ita vt competat ſibi ius exigendi decimas, vel alios redditus non ſolutos, et debitos Canonico pręmortuo?

1 DIc, quòd Canonicus non dicitur habere ſucceſſorem, Abb. in c. quoniã Abbas, col. 5. & ibi Felyn. col. 3. de off. deleg. ſed ſi quid eſt debitum de beneficialibus redditibus, perueniet ad Capitulũ, & Capitulo acquiritur, & ratio eſt, quia licet bona Eccleſiæ in præbendas diuidantur, tamen illa bona ſemper Eccleſia poſſidet, nec deſinit illa
2 poſſidere, quia Canonicus habet tantum viuere de præbendą, & non vt ſit illa ſua propriè, & ſi quid ei ſuperaret, cõuertatur in pios vſus, Abb. de præbend. in c. ratio, col. 1. in fine.
3 Nota hic primo, quòd Canonicus reputabitur vt abſens, ſi ſit in eodem loco, dummodo non poſſit ire ad Capitulum ad dandum ſuam vocem.
4 Nota ſecundo, quod etiam Clericus ſimplex poteſt eſſe Canonicus, ſed ſi non eſt Subdiaconus, non poteſt intereſſe Capitulo, ſed tamen prout videbitur Superiori indulgere, ſecundum Eccleſię neceſſitatem, debet promoueri poſtea ad maiores ordines, interim inſeruire in minoribus ordinibus, ad quos reperitur promotus, nam Eccleſię Collegiatæ pro eorum ſeruitio indigent etiam inferioribus ordinibus, Abb. in c. in Eccleſia, de inſt. nor. 3.
5 Nota tertiò hic, quod ſi fuerit lis inter aliquas dignitates alicuius Collegiatę circa obedientiã, & interim alter alteri præſtet obediẽtiã, videtur tacitè renunciare, vt nõtatur in cap. ex ore, de his, quę fiunt à maio. par. cap. ſed id procedit in actu ſpõtaneo, nam in actu coacto non videtur voluiſſe renunciare iuri ſuo, & maximè ſi proteſtatus ſit ante, vel poſtea, Gemin. in conſ. 15.
6 Nota quarto hic, quod Canonicus poteſt induci à Canonico contra alium Canonicum in teſtem, c. ſuper, 13. q. 11. & ratio eſt, quia eſt æqualiter omnibus ſuis Concanonicis domeſticus talis teſtis.

Quæſitum XXIII.

SVMMARIVM.

1 *Onus probandi incũbit ei, contra quem excipitur ſe nõ eſſe promotum. Limitatur nu. eod.*
2 *Canonicus nouus debet præſtare iuramẽtum fidelitatis etiam Prælato Capituli.*

An

An competat excipiẽti ius probandi, quod aliquis non habeat vocem in Capitulo, quia non eſt promotus ſaltem ad ordinem Subdiaconatus, vel onus incumbit ei, cõtra quem hoc opponitur?

1 DIc, quòd de iure incumbit onus probandi illi, contra quẽ excipitur, ſe nõ eſſe promotũ, vel per Bullas, quæ conficiuntur, vel per teſtes de viſu, & amiſſione literarũ, c. legum, 11. q. 1. niſi tãta eſſet euidentia facti pro ordinato, & præſumptio, vt ſi multo tempore inſeruierit Eccleſiæ tanquã promotus, quia tunc onus probandi eſt excipientis, Innoc. in c. ſuper his, de accuſat. Abbas in c. ſicut nobis, de re iud. col. pen. Rota in rub. de probat. & except. deciſ. 84.

2 Nota hic, quòd nouus Canonicus debet præſtare iuramentũ fidelitatis etiã Prælato Capituli, Felyn, in c. ex diligenti, de ſimon. licet aliqui dicant, hoc iuramentum non deberi, niſi Epiſcopo, vel alteri habenti iura Epiſcopalia, & non alijs Prælatis inferioribus, Abb. in d. c. ex diligenti.

Quæſitum XXIV.

SVMMARIVM.

1 *Clericus non promotus in ſacris, non poteſt habere vocem in Capitulo.*

2 *Obtinentes dignitates, perſonatus, officia, vel præbendas, quibus certi ordines ſunt annexi, ſi infra annum non faciunt ſe promoueri, nõ habent vocem in Capitulo.*

3 *Prælatus principalis Eccleſiæ etiam ſi non ſit in ſacris, habet vocem in Capitulo. Declaratur num. eod.*

4 *Prælatus principalis Eccleſiæ non eſt propriè pars Capituli, ſed dicitur principalis in Capitulo.*

An aliquis Clericus non promotus in ſacris, poſſit habere vocem in Capitulo?

1 DIc, quòd non, & hoc tam in Cathedralibus, ſeu Collegiatis, quã Secularibus, vel Regularibus, etiã ſi ab alijs habentibus ei liberè concedatur, niſi ſaltem fuerit in Subdiaconatu conſtitutus, ex Conc. Trid.

2 Nota hic primo, quod illi, qui obtinẽt dignitates, perſonatus, officia, vel præbẽdas, quibus certi ordines annexi ſunt, dummodo pacificè poſſideant, niſi infra annũ ſe promoueri fecerint ad ordinem annexum, nullam habent vocem in Capitulo, niſi impedimentum eos legitimum excuſet, clem. 2. de æta. & qual.

3 Nota ſecundo, quod principalis Prælatus Eccleſiæ non compre-

prehẽditur ſub hac clementina, gloſ.ibi, & ibi Card.in notab.4. nam principalis Prælatus etiam ſi non ſit in ſacris, habet vocem in Capitulo, ſecus eſt ſi non eſt principalis, Card.in clem.1. de regularib.col.3.itaque principalis Prælatus non excluditur à voce, quam habet vt Prælatus, ſed ſi haberet etiam vt Canonicus, à tali voce excluderetur in caſu d.clem.2. de æta.& qualitate.

4 Nota tertio, quod principalis Prælatus non eſt propriè pars Capituli, vt d.gloſ.in d.clem.2. ſed eſt principalis in Capitulo.

Quæſitum XXV.

SVMMARIVM.

1 *Canonicus non inſtallatus non debet vocari ad dandum vocem in electione, nec vt contemptus poteſt impugnare.*

2 *Ius prouidendi, ob negligentiam illorum de Collegio, vel mortem omnium, deuoluitur ad Epiſcopum, vel ad alium eorum Superiorem.*

3 *Canonicus reuelans ſecreta Capituli, eſt falſus, & mentitur vt periurus.*

4 *Si in inſtrumento facto in Capitulo dicatur, quod Prælatus contraxit de conſenſu Capituli, præſumitur interueniſſe ex tali narratione. Declaratur, vt infra.*

An Canonicus non inſtallatus debeat vocari ad dandum vocem in electione, aut vt cõtemptus poſsit impugnare?

1 Dic, quòd nõ, quia nõ habet poſſeſſionem iuris ſibi collati, quę regulariter traditur per inſtallationem in Choro, & vocẽ in Capitulo, Anchar.in cap.fine poſſeſſione, de reg.iur.in 6 & hoc verum eſt, vbi non eſt contraria conſuetudo, nam Canonicus cui facta eſt collatio, habet plenum ius in voce, & alijs, abſque inſtallatione, vide Abb.in c.tranſmiſſam, de elec.col.3.& Felyn.in c. accedens, & in c.ſuper his, de accuſationib. col.1.in vtroque.

2 Nota hic primo, quòd ob neglígẽtiam illorum de Collegio, vel mortem omnium, ius prouidẽdi deuoluitur ad Epiſcopum, vel ad alium Superiorem eorũ, Abb.in c.1.de elec. col.vltima, & in cap.cum Eccleſia, de elec. col.fin.

3 Nota ſecundo, quod Canonicus reuelãs ſecreta Capituli eſt falſus, quia facit contra iuramẽtum, & quia mentitur, vt periurus, non creditur ei, Io.And.in c. literas, de præſumpt. Bald. in l. nullum, C.de teſtib.

4 Nota tertio, ꝙ ſi in inſtrumento facto in Capitulo, enuncietur quod Prælatus contraxit de conſenſu Capituli, præſumitur inter-

teruenisſe ex tali narratione, quia potuit interuenire,& Notario potuit cõſtare,ſed ſecus eſſet ſi diceretur,quod fuit facta alienatio ob vtilitatem, vel neceſſitatem Eccleſiæ,quia hæc debent conſtare aliundè,quàm ex aſſertione,Fely.de re iudic.in c.ſicut, col. 13.& 14.& nõ creditur aſſertioni Notarij.

Quæſitum XXVI.

SVMMARIVM.

1 *Canonicus impeditus, an poſſit conſtituere procuratorem ad dandum vocem in Capitulo.*
2 *Prælato principali Capituli abſente, poſſunt præſentes ſine ipſo facere actum.*
3 *Priuilegium cõceſſum Prælato, cenſetur conceſſum dignitati.*
4 *Canonici facientes aliquod cum Capitulo,quomodo dicatur factum, declaratur.*
5 *Prælatus ſi eſt negligens,ius agẽdi deuoluitur ad Capitulum, & eo negligente, ad Canonicos particulares Eccleſiæ.*
6 *Studentes in Theologia debent habere integrè diſtributiones.*
7 *Canonici, niſi obſtet ſpecialis conſuetudo, poſſunt per alios Canonicos,ſeu alios extraneos officiare in Eccleſia Collegiata.*
8 *Canonici noui debẽt habere fructus,qui diuiduntur in Capitulo de annis præteritis.*
9 *Canonicus infirmus habetur pro præſenti in Choro,declaratur num.eod.*
10 *Habentes vota deciſiua,& conſentientes alicui rei propoſitæ in damnum Eccleſiæ, & ſine eorum votis non fuiſſet concluſum, tenentur reſtituere. Item enumerantur caſus, in quibus conſentientes in damnum Eccleſiæ,tenentur reſtituere, & peccant mortaliter.*

An poſſit Canonicus ad dandum vocem in Capitulo pro electione facienda ipſe impeditus conſtituere procuratorem?

1 DIc, quod regulariter non poteſt, niſi ſit impeditus in aliquo loco,ex quo debeat vocari, c.quia propter, de elect. & ibi Abb. quia à contrario literæ dicti Capituli poteſt quis in alio negotio conſtituere procuratorem,etiã quod ipſe adeſſe poſſit, & hoc eſt ſpeciale in negotio electionis, & in caſu conſtituendi procuratorem,debet cõſtituere aliquem de Collegio,non autem extraneum, ſed ſi Canonici ſint cõtenti,vt cõſtituat extraneum, tunc poteſt cõſtituere extraneũ, Abb.in c.conſtitutus, de appell. in 2.col. vide quæ infra inſeruntur de procuratore.

2 Nota hic primo,quod abſente à Capitulo principali eorũ Prælato,

lato, poſſunt præſentes ſine ipſo facere actum, Gl. in c. cum inter vniuerſas, de elect.

3 Nota ſecundo hic, quod priuilegium conceſſum Prælato, cenſetur conceſſum dignitati, Abb. in c. cum ex illo, de translatione, quia natura operatur ſubiectæ materiæ pluſquam nominis expreſſio ad diſponendum.

4 Nota tertio, quòd ſi dicatur, quòd Canonici fecerũt hoc, aliqui dicunt, quod intelligitur collegialiter, aliqui quod capitulariter, aliqui ſingulariter. Tu dic, quòd ſi ſumus in actu, qui ſolet fieri capitulariter, tunc intellige factum capitulariter, ſed ſi ſumus in actu, qui ſolet fieri ſingulariter, tunc intelligitur ſingulariter, Ant. Corſet. in repertorio in Abbatem, in ver. vniuerſitas.

5 Nota quarto, quòd ſi Prælatus ſit negligẽs, ius agendi deuoluitur ad Capitulum, & eo negligẽte, ad Canonicos particulares Eccleſiæ, imò Epiſcopus poteſt ſupplere negligentiam Abbatis, ſi ſecundum facultates, & conſuetudinem antiquam non inſtituit Monachos, Abb. in c. ex parte Aſtenſis, de conceſſ. præb.

6 Nota quinto, quòd Studentes in Theologia poſſunt, & debent habere integrè diſtributiones, etiam ſi omnes redditus ſint diſtributiones, & ratio eſt, quia huiuſmodi redditus ſunt loco præbendæ, gl. notab. in c. licet uobis, de pręben. alias daretur canonia ſine præbenda, quod non poteſt eſſe, cap. cum M. Ferrarienſis, de conſtit. & c. dilectus, de prębend. Franc. de Ripa de peſte, fol. 26. nu. 97. Pet. Rebuff. in rubr. de collationib. in concord. Et hæc obiter in gratiam Studentium in ſacra Theologia, idem dicerem de Studentibus ſac. Canonibus.

7 Nota ſexto, quod Canonici, niſi obſtet ſpecialis conſuetudo, poſſunt per alios Canonicos, ſeu alios etiam extraneos officiare in Eccleſia collegiata, gl. in ver. vel alio titulo de tab. pendent. in Choro, in pragmat. ſanctio. Sed obſtat nunc Sac. Conc. Trid. vbi dicitur, quod per ſeipſos inſeruiant Canonici.

8 Nota ſeptimo, quòd fructus, qui inter Canonicos hoc anno diuiduntur, debentur etiam Canonicis nouis, etiã quod ſint de annis præteritis, præcedentibus eorum receptionem, quia nõ debentur ut ſingulis, ſed Capitulo, ut Capitulo, & Capitulum ſemper eſt idem, Felyn. in c. dilectus, il ſecondo, de ſimon. col. 2. & in c. eam te, de reſcript.

9 Nota octauo, quòd Canonicus infirmus habetur pro præſente in Choro, dummodo infirmitas ſit cauſa nõ intereſſendi, & ſanus intereſſe conſueuerat, Felyn. in c. ex trãſmiſſa, de præſcrip. col. 1. Abb. in c. ad audientiam, de cler. non reſid. Gemin. in c. 1. eod. tit. in 6. & alij. Et ſi ei dabitur à Summo Pontif. ipſe cum interueniet,

C ſede-

omnem perſonam, non comprehendit Capitulum.

5 *Impetrans gratiam de prouidendo ad primum beneficium ſpectãs ad collationem quorumcumque, nõ venit beneficium pertinens ad Capitulum.*

6 *Debitum Capitulo, non debetur ſingulis de Capitulo, nec è contra.*

7 *Canonici vti Canonici ſunt exẽpti, non tamen erit exemptum Capitulum.*

10 *Canonici, ſiue alij Præsbyteri, vel Clerici non habent vocem in conſilio laicorum.*

An ſi conſtitutio ſit in Capitulo, vt ſi aliquæ contentiones iniurioſę naſcerentur inter Canonicos, aliqui ex ſenioribus procederent appellatione remota, ad ſatisfactionem iniuriato, et ad emendam, ſi quis Canonicus deliquerit contra totum Capitulum, procedat hęc conſtitutio?

1 Dic, quòd non, quia in hoc caſu nõ venit Capitulum, nam Capitulum nõ venit appellatione perſonarum, deciſ. Putei 88.

2 Nota hic primo, quod ſi denegentur priuilegia conceſſa perſonis capitularibus, non cenſentur derogata priuilegia cõceſſa Capitulis, vt habetur in c. Epiſcopus, 12.q.2. Bald. in c.1. de pace iuram. firm. nu.2. Rom. cõſ. 195. ñum.3. conſ.400. nu.4. & conſ. 436. nu.1. & ſeq.

3 Nota ſecundo, quòd Capitulum, & Collegiũ non poſſunt excommunicari, quia excommunicatio eſt pœna animæ, & Capitulum non habet animam, c. Romana, de ſent. excomm. in 6. Fel. in c. eam te, de reſcript.

4 Nota tertio, quod mandatum expeditum contra omnem perſonam, non comprehendit Capitulũ, deciſ. de Graſſ. 15. ſimiliter ſi diceretur contra certas perſonas, cũ clauſula, Omneſq; alios, adhuc nõ capit Collegia, ſeu Capitula, Gemin. in c. cum illis, de præb. nu. 10. in 6. Marian. Socin. de citat. q.3. art.3. Gomeſ. in c. cum in multis, de reſcriptis, in 6. nu. 68. Idem dic, ſi fuerit ſtatutũ, quod compromittantur controuerſiæ inter quaſcumque perſonas, non cõprehendit controuerſias Collegij, vel Capituli, vel Vniuerſitatis, Rom. conſ. 400. Socin. conſ. 275. Similiter dicendum eſt, ſi fuerit facta promiſſio de defendendo contra omnem perſonam, non extenditur cõtra Capitula Ciuitatis, & ſimil. & habe regulam, quod vbicumque diſponatur de perſonis, non procedit in Capitulis.

5 Nota quarto, quòd ſi quis haberet gratiam de prouidẽdo ad primum beneficium ſpectans ad

collationem quorumcūque, non veniret beneficium pertinens ad Capitulum, Felyn. in d. c. eam te, de reſcript. niſi exprimantur Capitula, ſeu Collegia.

Nec dicas, quia perſonę reprę ſentant Collegium, ſeu Capitulum, idē eſſe Capitulum, & perſonas, nam non eſt ita, quia aliud eſt Capitulū, & aliud ſinguli de Capitulo, c. Epiſcopus, 12. q. 2. Fel. in c. cū acceſſiſſent, de conſt.

6 Nota quinto, quod debitum quod debetur Capitulo, non debetur ſingulis de Capitulo, nec è contra, text. in l. ſicut, ff. quod cuiuſque vniuerſ.

Hinc ſequitur, quòd ſi hoc anno ſunt ſoluendi certi fructus Capitulo, qui hoc anno ſolent diſtribui, & aliqua partita fuerit dilata, & poſtea recuperata, debet diuidi inter Canonicos prę ſentes, etiam ſi aliqui de nouo intrauerint, & ratio eſt, quia ſolutio fit Capitulo, quod ſemper eſt idem, & non ſingulis de Capitulo, Calder. de præb. conſ. 21. Nauarr. de ſent. excomm. nu. 6. conſil. 9.

7 Nota ſexto, quod Canonici vti Canonici ſunt exempti, non tamen erit exemptum Capitulum, quia, vt dictum eſt, aliud eſt Capitulum, & aliud ſinguli de Capitulo, Ant. de Prętis cap. 3. nu. 33. de iuriſdictione, & facit cap. per exemptionem, de priuilegijs, in 6.

8 Limita tamen, quod appellatione perſonarum non veniant Collegia, & Capitula, & Vniuerſitates, quando in conſtitutione aliud declaretur, vtpote vt comprehendat perſonam fictam, & repræſentatam, quia tunc comprehenduntur non ex propria ſignificatione, ſed ex extenſione conſtitutionis.

9 Limita ſecundo, quod in materia fauorabili veniunt Collegia, & Vniuerſitates, Iaſ. in l. ſi quis maior, C. de tranſact. nu. 7. & ſeq. Similiter dic in materia, quæ nō diſcordat à iure communi, ſed potius cum eo cōcordat Rom. d. conſ. 400. Sed hæc dicta ſint obiter, præter præpoſitam materiam, cui adde, quod ſi qui redditus ſunt bonâ fide diuiſi inter Canonicos ſecundum ſolitū, ſi aliquis prætendit ſuper illis, non poteſt agere contra Capitulum, ſed contra ſingulos, vide Calder. in conſ. vbi ſupra.

10 Nota hic obiter, quod Canonici, ſiue alij Præsbyteri, vel Clerici non habent vocem in Concilio laicorum, per tex. l. placet, C. de Epiſc. & cleric. quod tenet Innocent. in cap. dilecta, de exceſſib. Prælat. quia ipſi non ſunt de Vniuerſitate laicorum, licet quidam Abbates, etiam Regulares, habent vocem in Conſilio ſtatus alicuius Prouinciæ, quia ſic eſt mos.

Quæ-

Quæſitum XXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Facta à maiori parte Capituli, ſed non ſaniori, non valent. Declaratur nu.eod.*
2 *Nomen Capitulum, Collegium, ſeu populus, quid importet.*
3 *Canonicus ſupernumerarius nõ connumeratur inter alios Canonicos ordinarios.*

An valeant, quę fiunt à maiori parte Capituli, ſed non à ſaniori?

1 DIc, quod nõ, niſi illa maior pars ſit ſanior, Abb.in c. cum omnes, col.9. Felyn. ibidem col.13. de conſtitut.

Sed ſecus eſt in actibus merè profanis, & non eccleſiaſticis, quia non requiritur ſanior pars, ſed maior ſufficit, & in dubio prę ſumitur ſanior, niſi probetur cõtrarium, Archidiac. in c. Nicęna, 31. diſt.

2 Nota primo, quod hoc nomen Capitulum, ſeu Collegium, ſeu populus, quæ nomina importãt ius non factum, hæc ſemper remanent eadem, etiam ſi illa ſingularia, quæ erãt, omnia mutentur, Inn. in cap. gratum, de ſent. excomm. Lap. alleg. 98. & ratio eſt, quia Capitulũ, ſeu Collegiũ non mutatur ſuperuenientibus nouis perſonis, Petr. de Anchar. in cap. ſi ſint, de ſentent. excom. in 6. & gl. ſing. 7. q. 1. c. denique.

3 Nota ſecundo, quod ſi quis fuerit receptus in Canonicum ſupernumerarium, nõ connumeratur inter alios Canonicos ordinarios, Fel. in c. cum M. Ferrarienſis, de conſtit. col. 13. & hic non habet ius ad primam dignitatem vacaturam, cap. dilectũ, de pręben. niſi aliàs eſſet expreſſum à Collatore habẽte poteſtatem.

Et ſi Collator prouideret alteri de prima præbenda vacatura, & nõ huic ſupernumerario, valebit collatio, ſed tenetur prouidere huic, c. prouidere, de redditib. communibus, gl. in §. ſi in verbo collatoris, tit. de collat. in prag. Sanct. de ſtatu, & qual. Rebuff. in rub. de reſeruat. in concor.

Quæſitum XXIX.

SVMMARIVM.

1 *Canonicus ſi fuit electus ad aliã dignitatem, & eo præſente, & non contradicente, fuerit facta collatio à Superiore de ſua præbenda, valet.*
2 *Canonicus ſi iurauit obedire Prælato ſuo, intelligitur in his, quæ ſpectant ad officiũ ipſius Prælati concernens ſeruitium diuinum.*
3 *Canonici non poſſunt renunciare priuilegio honorabili Eccleſiæ, nec tacitè, nec expreſſè.*
4 *Canonicus exterus per adeptionem Canonicatus, qui eſt*

dignitas, efficitur Ciuis.
Canonicus vbi non expectat confirmationem, poteſt renunciare in manibus Capituli.
6 *Canonicus poteſt in eadem Eccleſia obtinere Canonicatum, & eſſe Cappellanus, ſed non poteſt obtinere duos Canonicatus, nec duas Cappellanias.*

An ſi Canonicus fuit electus ad aliam dignitatem, et Collator, qui poteſt conferre, eo pręſente, confert pręebendas illius alteri, et ille non contradicit, ſi poſtea collatio facta etiã caſſetur, poſſit redire ad ſuum Canonicatum?

1 DIc, quòd collatio facta de pręebenda illius Canonici, eo præſente, & non contradicente, valebit, nec ipſe poterit reuerti ad ſuam primam pręebendam; & ratio eſt, quia cùm per ſe ſtetit, illam dereliquit, & Epiſcopus, vel Collator iuridicè contulit, Archid. in c. ſi ſeruus, il ſecondo, 4. diſt. Ioannes de Silua allegat, & ſequitur Archid. in 3. p. de benefic. q. 10. nu. 8. Boerius in addit. ad Dyn. ſuper regula, qui tacet, affirmare videtur, lib. 6.

2 Nota hic primo, quod ſi Canonicus iurauit obedire Pręlato ſuo, debet intelligi in his, quę ſpectant ad officium ipſius Superioris concernens ſeruitium diuinum, Abb. in c. ſuper quibuſdã, de verb. ſignif. in fi. & obligatio durat, durante eo in illa dignitate, c. venerabilem, & ibi Abb. de elect. & idem Abb. in c. cum ex iniuncto, de no. oper. nunc.

3 Nota ſecundo, quod Canonici non poſſunt renunciare priuilegio honorabili Eccleſiæ, nec tacitè, nec expreſsè, Inn. in c. accedẽtibus, de priuil. Abb. in c. cum acceſſiſſent, de conſtit. & Felyn. de foro comp. in c. ſi diligenti, in 3. corrol. ſecus eſſet ſi per renunciationẽ huiuſmodi redderetur ad ius commune, idem Abb. in c. veniens, col. 5. & ibi Apoſtill. ad eum, de præſcript. & Felyn. in d. c. veniens, col. 2.

4 Nota tertio, quòd Canonicus exterus per adeptionem Canonicatus, quĩ eſt dignitas, efficitur Ciuis, idẽ dic de alijs dignitatibus, Abb. in c. quia in tãtũm, de præbend. Felyn. in c. dilectus, il ſecondo, de reſcript. idem dic de beneficio requirente reſidentiam, ſecundum Felyn. idem de Abbatibus, & alijs Prępoſitis Eccleſiarum per eundem Fely. d. c. dilectus.

5 Nota quarto, quòd Canonicus vbi nõ expectat confirmationẽ, poteſt renũciare in manibus Capituli, Abb. in c. quod in dubijs, de renunc. ac alibi etiã diximus. Et hic caſus accidit de recenti in Capitulo noſtro Beneuentano, cũ Canonicus electus renũciauit in manibus Capituli, & noluit acceptare electionem, iuſtis de caufis

cauſis eius mentem mouentibus.

6 Nota quinto, quòd Canonicus poſſet in eadē Eccleſia obtinere Canonicatū, & eſſe Cappellanus in eadem Eccleſia, ſed non poſſet duos Canonicatus, vel duas Cappellanias obtinere, nec duo altaria in eadem Eccleſia, Rebuff. in rubr. de mandat. Apoſt. §. 1. in gloſ. ita tamen, vide Lap. alleg. 116. vide Felyn. in cap. ex parte, de reſcript. col. 1. & 2.

Quæſitum XXX.

SVMMARIVM.

1 *Canonicus habens vocem in Capitulo in electione, ſi eſt in loco vnde vocari debet, & non vocatur, poteſt caſſari facere electionem factam eo abſente, & num. 3.*

2 *Citari quis non debet, niſi ſit in loco, vbi eſt de iure citandus.*

4 *Habens vocem in electione, ſi ſcitur quod ſit infra loca, vbi citari debet, perſonaliter debet citari, & ſi neſcitur, debet citari in loco, vbi communiter moratur, declaratur nu. 5.*

6 *Habens vocem in Capitulo abſens vltra dietas, non eſt citandus, & ius conſtituendi procuratorem ei non fauet. Ampliatur nu. 7. 8.*

9 *Abſens à loco, vnde vocari debet, ſi iuſto impedimento detinetur, poteſt conſtituere procuratorem ad eligendum, & num. 20.*

10 *Quod eſt obtentū per obreptionem in ſpiritualibus, reuocatur etiam poſt ſententiam.*

11 *Canonici nō poſſunt opponere, nec de loco, nec de impedimento, facta electione, etiam quod in mandato nō adſit iuramentum. Amplia nu. 12.*

13 *Minor pars Capituli ſi propter peccatum commiſſum, fuerit priuata poteſtate eligendi, tunc Maior pars, eà non vocata, eliget. Intellige prout nu. 14. 15.*

16 *Cauſæ legitimæ ob quas quis dicitur abſens.*

17 *Capitulum poteſt remittere iuramentum in mandato requiſitum, quia ob eius incredulitatem eſt introductum.*

18 *Canonicus ſi iuſtè erit abſens, an ſi voluerit cōſtituere procuratorem aliquem de Capitulo, & nullus vellet recipere, poſſit cogi aliquis ad recipiendum, referuntur diuerſæ opiniones.*

19 *Canonicus abſens poterit præſcribere procuratori ſuo de certa perſona, ſed non Capitulo.*

21 *Enumerantur hi, qui ſunt excluſi ab electione.*

22 *Procurator conſtitutus à Canonico abſente, videtur habere duplicem vocem; ſed declara vt infra.*

An ſi Canonicus, vel alter habens vocem in Capitulo, in electione, ſi eſt in loco vnde vocari debet, et non vocatur, poſſit facere caſſare electionem factam eo abſente?

1 DIc, quòd ſic, Inn. in c. quia propter, de elect. num. 10. qui citat plures canones. Et tene menti, quod electio poteſt fieri per ſcrutinium, per compromiſſum, vel per inſpirationem, d. c. quia propter, & ibi Inn.

2 Hic nota primo, quòd non debet quis citari, niſi ſit in loco, vbi de iure citandus ſit, ideſt infra duas dietas, vel de conſuetudine, quæ in his prævalet, c. nonnulla, de reſcript. & cap. coram, de elect. quem tamen vbi citauerint pro tali die, & hora, Capitulum non tenetur expectare vltra illud tempus præfixum, cap. cum inter vniuerſ. de electione.

3 Nota ſecundo, quòd qui citandus eſt, quia habet vocem in electione, ſi eſt in loco vnde vocari debet, niſi vocetur, poteſt facere electionem declarari nullã, quia eo contempto eſt facta, cap. venerabilem, & cap. quod ſicut, & cap. Eccleſia veſtra, de elect. & interim non erit nulla electio, niſi declaretur.

4 Nota tertio, quod ſi ſcitur, quod habẽs vocem in electione, ſit infra loca vnde citari debet, perſonaliter debet citari, ſed ſi neſcitur vbi eſt, tũc citari debet in loco, vbi communiter moratur, & hoc per publicũ edictum, Inn. in c. citato quia propter, de elect. num. 10. qui allegat plura capitula.

5 Nota quarto, quod ſi tempore citationis erat in loco vnde debe ret citari, ſi tempore electionis reperitur extra fines deputatos Electoribus, tunc Capitulum poterit eligere, eo abſente, quia nõ intereſt citari extra fines, Inn. loco citato.

6 Obiter adde hîc, quod non poteſt habens vocem in Capitulo, conſtituere procuratorem ante caſum electionis, & ipſe interim abire in longinquas partes, & ratio eſt, quia abſens vltra dietas non eſt citandus, & ius cõſtituendi procuratorem illi non fauet, niſi in caſu vacationis, & ita fuit concluſum in celeberrimo Capitulo Beneuentano diebus proximè elapſis in electione cuiuſdã Hebdomadarij (nam Capitulum Beneuentanum habet electionẽ Canonicorũ ex antiqua conſuetudine in viridi obſeruantia, ac etiam Hebdomadariorum, ab eo tempore ſcilicet, quo fuerũt electi, opera Pompei Cardinalis Arigonij Archiepiſcopi Beneuẽtani, omni futuro tempore laudandi.)

7 Idem dic, ſi Canonicus eſt intra fines Electoribus deputatos tempore electionis, ſed quando alij

alij citãtur abeſt extra fines, valet electio abſq; eo, quia citatio dat ius, vel negat, itaq; culpa ſua abeſt, nam Capitulum poteſt ſe excuſare, quia per ſe non ſtetit, Innoc. vbi ſupra.

8 Idem dic de vagabundo, qui aliquãdo eſt intra fines, aliquando extra, licet ſit aliquo die infra illud tempus, quo citationes fiũt intra fines Electoribus deputatos, ſi eo non citato, fiat electio, valet, ſed tutius eſt eum citare domi in hoc caſu, Inn. vbi ſupra.

9 Nota quinto, quod abſens in loco vnde vocari debet, ſi iuſto impedimento detineatur, poteſt conſtituere procuratorem ad eligendum, Inn. loco cit. qui procurator debet eſſe Canonicus, & poteſt etiam eſſe nõ Canonicus, immo ſi ſit in loco vnde non ſit vocandus, etiam ſi nullum habet impedimentum, ſi Capitulo placuerit, poteſt conſtituere procuratorem ad electionem, ſed hoc ex gratia, Innoc. loc. cit. & ratio Innocentij eſt, quia ſi Capitulũ poteſt transferre poteſtatem eligendi in vnum extraneum, fortius poterit vnam vocem in Capitulo dare abſenti Canonico.

Nec obſtat quod adducit in contrarium Innoc. in hoc loco, nempe, quod habetur pro infecto, quod fit lege prohibente, vt hic in caſu ſupra poſito, ergo admiſſio illius procuratoris eſt nulla, & electio irrita, quia videtur facta prohibente canone, quia hoc eſt verum, quando excipitur contra ipſam electionem, ſed ſi nõ excipitur, valet admiſſio, & electio inde ſecuta, Innoc. loc. cit. nu. 11. ſed procurator nomine alterius debet habere ſpeciale mandatum, ad iurandum in animam cõſtituentis, ſcilicet, quod credit Dominus cõſtituẽs, quod erat tẽpore electionis intra fines, qui deputati ſunt ad vocationes electionũ Electoribus, & hoc bona fide, & ſine fraude, & quod tenetur iuſto impedimento, vt modo intereſſe non poſſit electioni, & credit in futurum, quando electio facienda eſt, quod tenebitur eodem impedimento, & debẽt exprimi impedimentũ, quo detinetur, & fines, & male faceret, qui conſtitueret procuratorẽ ſine hac poteſtate, quia eſſet neceſſe, expectare Capitulum quouſque veniret mandatum cũ tali poteſtate, vel iterum dare terminum electioni, Innoc. vbi ſupra.

Succeſſit hic caſus in electione ſuperius citata, & Capitulum expectauit potius, quàm voluit iterum aſſignare terminum electioni, & doctè reſpondit Abbas Petrus Pedecinus Canonicus, amicus meus, vir pius, & doctus.

Nota ſexto, quod ſi opponeretur contra mandatũ ab habente intereſſe .ſ. quod conſtituens nõ erat intra fines, quãdo fecit mandatũ, vel quod non detinetur iuſto impedimẽto, eſſet audiẽdus,

quia

10 quia in ſpiritualibus reuocatur etiam poſt ſententiam quod ſit per obreptionem obtẽtum, Inn. loco cit.nu.12. vbi etiam dicit, quod videretur non eſſe audiendum talem opponentem, per doctrinam eiuſdem Inn.in d.c.quia propter, & ibi citat canones.

11 Nota ſeptimo, quòd dato, ꝙ in mandato non adeſſet iuramẽtum, vt ſupra, & non eſſet petitũ à procuratore, tũc facta electione, non poſſunt de cætero Canonici, vel alius intereſſe habens opponere, nec de loco, nec de impedimento, quia videtur remiſiſſe hanc exceptionem, quando iuramentum remiſit.

12 Nec ei valet allegare, quod fuit deceptus ignorantia facti, quæ etiam peritiſſimos fallit, cũ credidit eſſe vera aſſerta in mandato, & adeſſe iuramentum, quia hæc ignorantia vocatur ſupina, & ius prouidit talibus per iuramentum exigẽdum, Inn. vbi ſup.

13 Nota octauo, quod ſi minor pars Capituli propter peccatũ in forma commiſſum, fuerit priuata poteſtate eligẽdi, tunc maior pars, ea non vocata, eliget licitè; vel ſi maior pars fuerit priuata propter formã non obſeruatam, tunc minor pars non eligit, nec Ordinarius, qui ſententiam priuationis tulit, ſed prouidet Papa, cap. quia diuerſitatem, de conceſſ. præben. & cap. bonæ memoriæ, de elect. Innocent. vbi ſupra.

14 Alij dicunt, quod prædicta doctrina procedit, quando totũ Capitulũ priuatur, ſed non quando priuatur maior pars, quia tunc poteſtas deuoluitur etiam ad minorem partem, & ratio eſt, quia minor pars non eſt priuata nec ipſo iure, nec per ſententiam.

15 Sed bene poteſt dici, quod peccante in forma maiori parte, poteſt priuari totum Capitulum, quia maior pars repræſentat totum Capitulum, & hoc propter peccatum in forma, ſecus dicas, quando ſcienter delinquunt, eligendo perſonam indignam, quia tunc ob delictum maioris partis non priuatur Capitulum ipſum per ſententiam, cum Capitulum non poſſit delinquere, Innoc. vbi ſupra.

16 Nota nono, quod in propoſita materia dicitur abſens et à qui ſit in eadem villa, vel loco, dummodo non poſſit ire ad Capitulum, d.c. bonæ mem. de elect. vel quia timet, vel ob infirmitatem, vel quia vocetur ad maius Tribunal, & hæ ſunt tres cauſæ legitimæ, nempe timor, infirmitas, & vocatio ad maius Tribunal.

17 Nota decimo, quod Capitulũ poteſt remittere iuramentum in mandato, vt ſupra requiſitum, nam ob eius incredulitatem eſt introductũ, Inn. ibid. nu. 13. ſed ſi minor pars voluerit opponere de iuramento, & maior pars voluerit admittere, tunc valet vox huius procuratoris, etiam contra-

tradicente minori parte, quia prævalet quod factum eſt per maiorem partem.

Immo prævalebit concluſio maioris partis, etiam ſi minor pars offerat ſe probaturam corã Vicario, vel alio Superiori, quod nullum adeſt impedimẽtum, vel cauſa, propter quam abſens debeat admitti per procuratorẽ, & ratio eſt, quia hoc eſt arbitrarium Capitulo admittere, vel non admittere, immo ſi Capitulum, vel maior pars ſciat nullũ adeſſe impedimentum, adhuc tamen poteſt admittere hunc procuratorem, cap. ſcriptum, de electione, & ratio eſt, quia Capitulum poteſt remittere, quod eſt introductum ad ſui fauorem, vt ſunt ſupra requiſita in mãdato.

Alij dicunt, quòd poterit, & debeat opponẽs admitti ad probandum nullum ſubeſſe impedimẽtum, & tunc reuocabitur ſuffragium exhibitum per eius vocem in Capitulo, non autẽ quicquid ſecutum eſſet poſt talẽ contradictionem, etiam interpoſita appellatione, ſed quando ex huius voce in Capitulo pẽderet totum quod factum eſt, tũc totum eſſet reuocandũ, neque hic obeſt appellatio interpoſita tanquam extraiudicialiter, ſecus dicas in appellatione iudicialiter interpoſita, itaque ſi in Capitulo aliquis appellet contra factũ à maiori parte, Capitulũ poteſt procedere poſt appellationem, & nõ deſinit eſſe iudex, nam in Iudice habet locum, quod poſt appellationem deſinit eſſe Iudex, c. cum cauſam, de appell. non autem in Capitulo, quod vtitur iure ſuo, ideo poterit Capitulum procedere ad alia, non obſtante appellatione interpoſita, quantumuis iuſta.

Sed Capitulũ non poterit procedere contra appellationẽ, quæ fuit tantum ne vox abſentis admitteretur in Capitulo per procuratorem, c. cũ nobis, de elect. vide Innoc. ibid. nu. 13.

18 Nota vndecimo, quod ſi Canonicus iuſtè erit abſens, & voluerit cõſtituere procuratorem aliquem de Capitulo, & nullus velit recipere, nec extraneus, aliqui dicunt, quod poteſt cogi aliquis ad recipiẽdum vices ipſius, aliqui dicunt, quod ei eſt imputandum, & poſſunt præſentes procedere ad electionem.

19 Nota duodecimo, quod Canonicus abſens poterit preſcribere procuratori ſuo de certa perſona, ſed id non poterit præſcribere Capitulo, Inn. nu. cit. in fine.

20 Nota decimotertio, quod qui eſt præſens in loco vnde debeat vocari ad electionem, non poteſt ipſe conſtituere procuratorem in negotio electionis, ſed debet præſens ipſe comparere ad dandum ſuum votũ, ſed ſi eſt abſens à loco electionis, ſed eſt in loco vnde neceſſariò debet aduocari, ſed iuſto impedimẽto detinetur,

tunc

tunc poteſt conſtituere procuratorem, Abb. in d. c. quia propter, num. 2.

21 Nota decimoquarto, quod excommunicati, & ſuſpenſi, ſunt excluſi ab electione, item qui nõ ſunt conſtituti in ſacris, item impuberes, & irregulares, & aliæ perſonæ inhabiles ad eligendũ, & alij, qui de iure, vel conſuetudine intereſſe non debent, ſed qui habiles ſunt, nolint intereſſe, nõ debent compelli ad intereſſendum, niſi interſit Eccleſiæ, Abb. cap. cit. nu. 4. & nolẽtes intereſſe, non debent computari in numero duarum partium, nõ eſt ergo neceſſe, quod congregentur duæ partes, ex quo aliqui facientes duas partes, nolunt comparere, Abb. ibidem nu. 5.

22 Nota decimoquinto, quod hic procurator cõſtitutus ab altero Canonico abſente, videtur habere duplicem vocem, per cap. ſcriptum, de elect. & cap. in cauſis, de reſcript. ſed tamen contrariũ videtur, quia in electione veritas melius inquiritur per plures, & ideo ſtatur iudicio maioris partis.

Sed ſi procurator eſt ad certã perſonam, tunc eius vox in Capitulo duplum valet, & in hoc caſu erit potius nuncius, quàm verus procurator, ſed excluſo hoc caſu quando non ad certã perſonam, ſed generaliter abſens commiſit vices ſuas, quod in hoc caſu non eſt intelligibile qualiter per vnã animam poſſit exprimere plures cõſenſus, ſcilicet, dicẽdo primò, conſentio in Iulium, nomine meo, & poſtea conſentio in eundem, vt procurator Nicolai Antonij Canonici, quod eſt impoſſibile ſimul, & ſemel conſentire in diuerſos.

Attamen hæc ſubtilitas licet ſuffragetur, præualuiſſet electio facta ab eo, qui plurium vocem habuiſſet, ſi poſtea in fine alter vltimo nominatus nõ prȩualuiſſet cum pluribus votis, vide Inn. in d. c. quia propter, de elect. ſub nu. 14. in fi. vbi latius hæc materia tractatur.

Nota decimoſexto, quod hic procurator poteſt compromittere ei, qui non eſt ad certam perſonam, Inn. vbi ſupra, ſecus ſi eſt ad certam perſonam.

Quæſitum XXXI.

SVMMARIVM.

1 *Capitulum, mortuo Epiſcopo, ſuccedit ei in his, quæ ſunt iuriſdictionis, declaratur nu. 2. limitatur nu. 3 5. ampliatur num. 4.*

An mortuo Epiſcopo, ſuccedat Capitulum, et in quibus.

1 DIc, quòd Capitulum ſuccedit in his, quæ ſunt iuriſdictionis, Gloſ. in clem. 1. in fine, de hæreticis.

Nota

2 Nota hic primo, quod ſuccedit Capitulum Epiſcopo mortuo in iuriſdictione ordinaria, non autem delegata, Abb. in c. cũ olim, de maio. & obed. Feder. de Senis conſ. 30. ampliatur etiam de iuriſdictione generali, quã habet Epiſcopus delegatam à iure authoritate Apoſtolica, Panuinus in ſuo tractatu par. 1. q. 10. Ioan. And. in c. ad abolendã, de hæret. & eſt communis omnium Scribentium, & præcipuè Cardin. Zabarellæ in præallegato loco in c. abolẽdam, & in clem. 1. q. 8. Francus in c. vnico, de maior. & obed. in 6. & alij, & ratio eſt, quia in delegatis Apoſtolica authoritate, potius ſupplerentur vices Papæ, quàm Epiſcopi mortui. Eiuſdem ſententię eſt Bellamer. concl. 166. Nec obſtat, quòd hęc iuriſdictio delegata ſit perpetua, vt Feder. de Senis conſ. 130. Sed poſſet dici, quod ſuccederet etiam Capitulum in huiuſmodi delegatis, vrgẽte neceſſitãte, vel vtilitate rerum expediendarum, vel ſi Epiſcopus nouus non eſſet de proximo ad ſuam Diœceſim, & Ciuitatem venturus, aliàs Capitulum, Epiſcopo mortuo in delegatis à iure non ſuccedit.

3 Nota ſecundo, quod ſtante neceſſitate, vel vtilitate, & etiam quod Epiſcopus nõ eſſet de proximo futurus, non tamen Capitulũ ſuccederet Epiſcopo in his, quæ ei competerent aliquo iure ſpeciali, vel accidentali, dũmodo illud accidentale tribueret nouã iuriſdictionem Epiſcopo, ſed ſi eſſet quodã additamentũ, quod habet Epiſcopus, in ſua Dięceſi factum ſuæ generali, & naturali iuriſdictioni, tunc Capitulũ Epiſcopo mortuo ſuccederet, Ant. de Butr. in c. cũ in cũctis, de elect. Fely. in cap. cum verum, de foro compet. nu. 3. Abb. in clem. ſtatutum, de electio. in 3. oppoſit. Gemin. in cap. quamquam, de elect. in 6.

4 Nota tertio, quod Capitulũ ſuccedit Epiſcopo mortuo in iuriſdictione, ſeu alio iure, quod ſibi ex conſuetudine acquiſiuiſſet Epiſcopus, Francus in d. cap. vnico, de maiorit. & obedientia, num. 4. in 6. Panuinus p. 1. q. 9. num. 7. Abbas in d. c. cum olim, quęſt. 10. licet dicat contrarium in cap. ſcriptum, num. 12. de elect.

5 Nota quarto, quod Capitulum non ſuccedit Epiſcopo mortuo in mandato facto Epiſcopo de prouidendo, etiam ſi eſſent præſentatæ ſcripturæ, Butrius in cap. eam te, de reſcript. nu. 5. & ibi Imola, Felynus ibidem num. 17. Nec Capitulum ſuccedit in executione literarum executorialium commiſſa Epiſcopo, ſi nõ confert poteſtatem concurrentem cum ea poteſtate, quæ competit Epiſcopo ex iure communi, Lud. Romanus conſ. 606.

Quæ-

Quæſitum XXXII.

SVMMARIVM.

1 *Capitulum, Epiſcopo mortuo ſuccedit in omni iuriſdictione, exceptis caſibus, vt infra.*

An Capitulum ſuccedat Epiſcopo mortuo in omni iuriſdictione, tam contentioſa, vel neceſſaria, quàm in iuriſdictione voluntaria?

1 DIc primo, quod regulariter ſuccedit in his omnibus, quę sūt iuriſdictionis ordinarię, exceptis caſibus, qui excipiūtur, Nauar. de temp. ord. in antiquis, conſ. 31. nu. 2. atque ita in iuriſdictione contentioſa, vel neceſſaria, Fel. in c. cum olim, de maior. & obed. & per conſequens ſuccedit in his, quæ concernunt iuſtitiam, & quando caſus non patitur dilationem, ſed eſt expediendus de neceſſitate, immo ſi differetur, poſſet appellari, arg. eorum, quæ habentur in c. nullus, de iurepatr. Sed vt aliqui volunt, nōn ſuccedit in iuriſdictione voluntaria, & in his, quę concernūt gratiam, Io. Monach. in c. vnico, de maior. & obed. in 6. Sed dici poſſet, quod in his etiam ſuccedit in caſibus à iure conceſſis, Gemin. in d. c. vnico, de maior. & obed. in 6. Adde quod dici poteſt ſuccedere etiā in his, vrgente neceſſitate, Felyn. in c. cum omnes, de conſtitutionib. nu. 10.

Quæſitum XXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Capitulum, Epiſcopo mortuo, debet infra octo dies creare Vicarium, aut exiſtentem cōfirmare, declara vt infra.*

An Capitulum poſſit per ſe exercere iuriſdictionem, in qua ſuccedit Epiſcopo mortuo per vocem in loco Capituli congregato, vel ſinguli poſsint dare eorum votum circa expedienda, vel teneatur deputare Vicarium?

DIc, quod olim totum Capitulū poterat per ſe ipſum adminiſtrare iuriſdictionem, & exercere, Felyn. in c. cum olim, de maior. & obed. num. 9. Abb. in c. irrefragabili, de offic. ordin. nu. 2. & credo ego id fuiſſe verū, quando Canonici erāt pauci numero, & plura negotia expediēda,
1 nunc verò dic, quod debet, & tenetur infra octo dies poſt mortē Epiſcopi, omnino conſtituere Vicarium, vel exiſtentem confirmare, Conc. Trid. de refor. c. 16. ſeſſ. 24. qui ſit Doctor in iure canonico, vel Licentiatus, vel aliàs quantum fieri poterit idoneus, ſi verò ſecus obſeruatum fuerit, ſi Ec-

ſi Eccleſia eſt ſuffraganea, deputatio deuoluitur ad Metropolitanum, ſed ſi ipſa fuerit Metropolitana, ſeu exempta, tunc in Metropolitana conſtituet Vicarium antiquior ex ſuffraganeis, ſed in exempta conſtituere poterit propinquior.

Quæſitum XXXIV.

SVMMARIVM.

1 *Capitulum, quod ſuccedit in iuriſdictione Epiſcopi mortui, dicitur ferè par ei.*

2 *Succedit etiam ei pleno iure, tam in ſpiritualibus, quàm in temporalibus. amplia num. 3. 4. & per totum.*

An Capitulum, quod ſuccedit in iuriſdictione Epiſcopi, vt dictum eſt, dicetur par Epiſcopo, vel inferius?

1 DIc, quòd dicitur ferè par, quia habet, vt ſubrogatū eādem poteſtatem, quam habet Epiſcopus, & eius iuribus vtitur, & eſt ferè cōmunis opinio, Sbrozius de Vicario Epiſcopi, lib. 1.
2 q. 15. Adde, quod ſuccedit in iuriſdictione Epiſcopi pleno iure, tā in ſpiritualibus, quàm in temporalibus, c. ſi Epiſcopus, de ſup plend. neglig. Præl. in 6. etiam ſi
3 ſpiritualia requirerent ſpeciale mādatum, ſi Epiſcopus viueret, Gemin. in c. cū nullus, de temp.
4 ord. in 6. & alij. Adde etiā, quod Capitulum poſſet etiam cognoſcere de cauſis laicorū, ſi Epiſcopus id cognoſcebat, vt eſt Beneuēti, nam Illuſtriſs. Archiepiſcopus eſt Iudex appellationum laicorum in cauſis ciuilibus Ciuitatis, olim erat etiam in criminalibus, facit arg. tex. in c. conqueſtus, de foro compet. & in c. Romana, de appell. in 6. immo poteſt exercere in criminalibus per alios abſque metu irregularitatis, c. fin. ne cler. vel monac. in 6. Adde, quod Capitulum poteſt exercere huiuſmodi iuriſdictionem, in qua ſuccedit, contra ſingulos de Capitulo, etiam cōtra dignitates, etiam primam, & eſt cōmunis opinio, vide Nauar. de off. ord. in antiquis, conſ. 7. nu. 3. Conclude igitur quod Capitulum ſuccedens Epiſcopo, nō eſt illo inferius, ſed par, & ſimiliter Vicarius Capitularis eſt par Vicario Epiſcopali, & poteſt exercere iuriſdictionem in ſingulos de Capitulo, etiam ſi eſſet prima dignitas.

Quæſitum XXXV.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus mortuus, ſi habebat in exercitio iuriſdictionis aliquē Collegam, Capitulum eo non ſuccedit, intellige nu. 2. amplia nu. 3. 4. 8. et limita n. 7.*

5 *No-*

5 *Nomine emolumenti intelligitur pœna, quæ eſt impoſita ratione contumaciæ, ac etiam quod percipitur ratione depoſiti. intellige nu.6.*

An Capitulum, mortuo Epiſcopo, nõ ſuccedat in aliquibus?

1 DIc, vt infra, quod Capitulũ non ſuccederet Epiſcopo, quãdo exercitium iuriſdictionis non habuiſſet Epiſcopus ipſe ſolus, ſed cum alio Collega, quia tunc mortuo Epiſcopo ſuccederet Collega, non autem Capitu-
2 lum, cap. fin. 65. diſt. Sed intellige hoc, quãdo inter Epiſcopum, & Collegã eſſet locus iuri accreſcẽdi, Zabarel. in c. ad abolendã, de hæretic. alias Collega ſolus non poſſet cognoſcere, ſed eſſet expectandus nouus Epiſcopus, ſed ſi ius cõpeteret inſolidũ Epiſcopo, & Collegæ, tunc accreſceretur Collegæ, c. quoniã Abbas, de off. deleg. nec ſuccederet, quã
3 do cõtenditur. Nec ſuccedit Capitulum, quando verteretur quęſtio ſuper proprietate alicuius certi iuris, ſeu iuriſdictionis, quia cũ ageretur de præiudicio menſæ Epiſcopalis, quæ tunc caret defenſore, non ſuccedit Capitulum in hoc, ſecus eſſet, quãdo ageretur de nudo exercitio iuriſdictionis, vide Panor. in cap. verum, de foro compet. num. 12. qui ponit exempla.

Et intellige etiam ſi cauſa huiuſmodi fuiſſet incœpta viuente Epiſcopo, quia militat eadem ratio, Panuin. p. 2. q. 9. DD. in d. c. de ſuppl. negl. Prælatorum.

4 Adde, quod etſi Capitulum ſuccedit in iuriſdictione, non tamen ſuccedit in emolumentis prouenientibus ex iuriſdictione, etiam ſi emolumentũ eſſet commune Epiſcopo, & Capitulo, & ratio eſt quia cũ hoc emolumentum cõſiſtat in re diuiſibili, pars Capituli cedit ſucceſſori, quod eſt intelligendum, quando emolumẽtum directè prouenit ex iuriſdictione, ſecus eſſet ſi emolumentum non detur, tanquã debitum, ſed datur gratis ex cauſa Iudicis exercentis gratis iuriſdictionem, Imola in clem. 1. de hæreticis, nu. 19. Sed in Regno Neapolitano ſuccedit Camera Apoſtolica.

5 Nota hic primo, quod ſub nomine emolumenti intelligitur pœna, quæ eſt impoſita ratione contumaciæ, ac etiam quod percipitur ratione decreti interpoſiti, Vital. in d. clem. 47. intelligun-
6 tur etiam compoſitiones, & pœnæ pecuniariæ, & mulctæ, vide Couar. lib. 2. var. reſol. c. 9. nu. 9. Fel. in c. irrefragabili, de off. ord.

Sed poſt Concil. Trid. mulctæ aſſignantur pijs locis ibi exiſtentibus, & hoc ex vi Concil. ſtatim Vicarius Capitularis exequi poteſt.

Sed ſunt deducendæ ex dictis emolumentis expenſæ rationabiles,

biles, pro quibus vide gloſ. in clem. ſtatutum, ver. expenſæ.

7 Nota ſecundo duo, quod Capitulũ ſuccedit in antedictis ipſo iure, vt vſus eſt, & vidi ego bis obſeruari in Metropolitana Eccleſia Beneuẽtana in obitu Maximiliani de Palũbaria, & Pompei Arigonij Archiepp. Beneuentan. (quorum memoria in benedictione ſit) quibus vt Auditor, & Viſitator vſque ad eorum obitũ inſeruiui, & Capitulum non habet opus alicuius Iudicis miniſterio pro hoc ſuo iure, ſed ſi Capitulum ſuccederet in aliqua iuriſdictione, quæ competeret alicui perſonæ certæ, & ita eſſet cõſtitutum, & cautũ in fundatione illius dignitatis, vel ex Eccleſiæ priuilegio, vel conſuetudine, tũc non ſuccederet eo ipſo, vide pro primo Lambert. lib. 1. p. 1. art. 9. 1. q. pro ſecũdo vide Panuin. p. 1. q. 9. nu. 5. & Io. And. in c. penult. de off. leg.

Et hoc ſequitur etiã ſi dignitas illa eſſet cum emolumento, Clement. ſtatutum, in fine.

8 Sed non ſuccederet in his iuribus, ſi fuiſſet datus Epiſcopo Coadiutor, vel Adminiſtrator, Felyn. in c. cum olim cit. nu. 8. & Francus in d. c. vnico, nu. 3. nam & Coadiutor, & Adminiſtrator, & alia quæcunque, quæ reſpiciunt perſonam, mortuo Epiſcopo expirant, & ceſſat eorum munus.

Quæſitum XXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Capitulum, mortuo Epiſcopo, an ſuccedat ei in his, quæ ſunt ordinis Epiſcopalis.*

2 *Succedit etiam in munere viſitandi Diœceſim.*

3 *Succedit etiam in facultate diſpenſandi in omnibus caſibus Epiſcopo de iure permiſſis.*

4 *Succedit etiam in poteſtate excommunicãdi, & abſoluendi.*

5 *Non ſuccedit in poteſtate conferendi beneficia, & nu. 6.*

7 *Poteſt præfigere Oeconomũ Eccleſijs vacantibus, vel ad tempus eas commendare, & per totum.*

An Capitulum, mortuo Epiſcopo, ſuccedat in his, quę ſunt Epiſcopalis ordinis?

1 DIc, vt infra, quod ſuccedit quò ad facultatẽ, vt poſſit Epiſcopo vicino quem maluerit concedere exercitium illorum, quæ ſunt ordinis Epiſcopalis, Francus in d. c. vnico, nu. 9. vt ſi commodè nõ poſſet haberi Epiſcopus conuicinus poterit committere alicui alteri Epiſcopo, qui cõmodior videbitur, & hoc intellige poſſe facere in omnibus, quæ requirunt miniſterium cõſecrationis, Panuinus p. 1. q. 3. nu. 4. ſed debet in hoc proteſta-

D tionem

tionem adhibere Capitulum, vt per hanc conceſſionem, nullum ius dicto Epiſcopo acquiratur, quæ proteſtatio debet fieri authenticè, & conſeruari ad futurã rei memoriam inter acta Capitularia, vide Abb. in c. his, quæ, de maior. & obed. nu. 3. ſed non ſuccedit Capitulum quò ad immunitates, & priuilegia, ſeu prærogatiuas, quæ ſunt conceſſæ Epiſcopis ratione dignitatis, & ordinis, DD. in d. c. vnico, vide Panuinum nu. 9. loco cit. & Sbrozz. de Vicario, lib. 2. q. 2. & ſeq.

2 Nota hic primo, quod Capitulum, mortuo Epiſcopo, ſuccederet in munere viſitãdi Diœceſim, Abb. in d. cap. cum olim, Soc. de viſitatione, col. 4. Bonif. de Vital. in clem. 1. de hæret. nu. 79. ſed in duobus caſibus non poſſet, quando de proximo expectaretur nouus Epiſcopus, Fely. in d. c. cum olim, nu. 3. Inn. in d. c. ad abolendam, de hæretic. & quando viſitatio Epiſcopo competeret aliquo iure ſpeciali, vt quando viſitat tanquã Delegatus Apoſtolicus, vt habetur in Clem. attendẽtes, de ſtatu Monac. & ibi Zabarella q. 4. Federic. de Senis conſ. 291. Sed tu dic in hoc ſecundo caſu, quod etiam poſſet, vrgente neceſſitate, vide Panuin. p. 1. q. 7.

3 Nota ſecundo hic, quod Capitulũ ſuccedit in facultate diſpenſandi in omnibus caſibus Epiſcopo de iure permiſſis, Panuin. p. 1. q. 5. Fed. de Senis conſ. 30. & alij. Hinc ſequitur poſſe diſpenſare cum illegitimis ad ordines minores, & beneficium ſimplex, interueniente tamen legitima cauſa diſpenſandi, gl. in c. vt conſtitueretur, & cap. Domino Sancto, 50. diſt. & ratio eſt, quia cum ſit huiuſmodi diſpẽſatio cum cauſę cognitione, dicitur pertinere ad iuriſdictionẽ, Zabarella in c. 1. ne ſede vac. q. 3. ſed in hoc caſu eſſet neceſſaria expreſſa facultas conceſſa Vicario electo à Capitulo; & ſufficeret, ſi poſt aliquos caſus ſpecificatos fuiſſet appoſita clauſula generalis, de Senis conſ. 40. Adde quod Capitulum ſuccedit etiam in facultate cõceſſa Epiſcopis diſpenſandi in irregularitatibus, vt per decretũ Trid. ſeſſ. 24. cap. 6. de refor. Henriq. in ſumma lib. 14. c. 10. de irregularitate, licet Suarez ſentiat contrarium diſp. 41. ſect. 2. de cenſuris, ſed cum Henriq. tenet etiam Guttier. lib. 1. can. quæſt. cap. 3. num. 10.

4 Nota tertio, quod ſuccedit in poteſtate excommunicandi, & abſoluendi, vt poſſet Epiſcopus, c. vnico, de maior. & obed. in 6. intellige etiam quò ad excõmunicationem à iure nulli reſeruatam, Nauarr. c. 27. nu. 39. itaque poteſt ligare, & ſoluere, & monitoria ad finem reuelationis expedire, & abſoluere à caſibus reſeruatis Epiſcopo, & Pœnitentiariã deputare ad euitãdum periculum, Abb. in c. his, de maior.

&

& obed. immo poſſet abſoluere à iuramento, non incurſo periurio, Card. conſ. 35. Fel. in cap. 1. de iureiur. nam poſt incurſum periurium abſolutio pertinet ad Summum Pontificem.

5 Nota quarto, quod Capitulum non ſuccedit in poteſtate conferendi beneficia, c. 2. ne ſede vac. Conſt. Pij V. incip. Sanctiſſimus, fol. 1167. in Bullario, & hoc procedit etiam ſi collatio pertinẽs ad Epiſcopum, eſſet faciẽda cum conſenſu Capituli, cap. vnico, ne ſede vac. in 6. Nauarr. conſ. 1. ne ſede vac. in nou. & hoc etiam extenditur, quando alius haberet conferre inſimul cum Epiſcopo ex aliquo iure ſpeciali, vt ſi collatio eſſet facienda cum cõſilio, vel cum conſenſu Epiſcopi, nam in neutro horum caſuum ſuccederet Capitulum, vt dare non poſſet nec conſilium, nec conſenſum, & tunc Collator ille poſſet conferre, Capitulo irrequiſito, Gemin. & Franc. in d. c. vnico, §. fin. Rebuff. in prax. tit. de deuolut. nu. 76. Gem. & Franc. cit. DD. dicunt in ſecũdo caſu, nẽpe de conſenſu eſſe neceſſario expectandum ſucceſſorem in Epiſcopatum, qui conſentiet, Gl. in c. ſi pro te, de reſcript. in 6. & in d. §. fin. & tunc ſic impedito non currit tempus, c. quia diuerſitatem, de conceſſ. præb. & c. fin. de elect. ſed intellige hoc, quãdo ille conſenſus eſſet præſtãdus ab Epiſcopo reſpectu Epiſcopalis iuriſdictionis, vt in cõceſſione decimarum, & iuriſpatronatus, cap. nullus, de iurepatron. vide Panuin. loco cit. nu. 11.

6 Nota quinto, quod Capitulũ non ſuccedit in collatione beneficiorum deuolutorum quocũq; modo per Bullam Pij V. nec poteſt cõferre Hoſpitale in titulũ, quia habetur loco beneficij, Clement. quia contingit, de Relig. domib. 2. de præbend. ſed poſſet dare ad nutum, vt Ioan. Silu. de beneficio, p. 2. q. 11.

Sed poſſet etiam Capitulum conferre ſolum quando collatio ſpectaret cõmuniter ad Epiſcopum, & Capitulum, d. c. vnico, ne ſede vac. in 6. Idem dicas in poteſtate eligendi, vel præſentandi, quãdo ad vtrumque pertineret, Lap. in d. cap. vnico, de maior. & obed. in 6. & tuc aliquod dicitur communiter pertinere, quando vtraque pars habet æquale ius in actu, Gemin. in d. c. vnico, ne ſede vacan. in 6. Philip. Prob. in addit. ad Ioan. Monach. in c. cum illis, de præbend. in 6.

7 Adde, quod poteſt Capitulum præfigere Oeconomum Eccleſijs vacantibus, vel ad tempus eas cõmendare quouſque prouideatur illis, c. cum vos, de off. Ordin. & ibi Abb. qui idem affirmat in c. bonę, de appellat. Felyn. in d. c. cum olim, & poteſt etiam inſtituere præſentatum à Patrono, c. 1. de inſtit. in 6. & ibi Francus, & Gemin. ac etiam poteſt cõfir-

mare electos, vt faciebat Epiſcopus viuẽs, d.c. cum olim, Panuin. p.2.q.4.5. & ſi competeret confirmatio de iure ad Capitulum, & Epiſcopum, tunc ſede vacãte, Capitulum confirmaret duplici iure, Gl. & DD. in c. pen. de ſupplen. neglig. Prǽl. in 6. poteſt etiã dare licentiã vt ædificetur Eccleſia cum reſeruatione iuriſpatronatus, Calder. de iurepat. cõſ. 3. licet dubitet in hoc Lambertin. lib. 1 p. 1 art. 9. q. 2. cuius opinio eſt fauorabilis Epiſcopo, quia ſede vacante non eſt qui tueatur ius Epiſcopale, & ideo videtur prohibitũ Capitulo conſentire, arg. tex. in c. 1. ne ſede vac. ſed poſſet Capitulum, ſi patronus eſſet Clericus cõferre illi acceptanti Eccleſiam, Panuin. p. 2. q. 5. in fi. ſed nõ poteſt interponere authoritatem in permutatione beneficiorum, quãdo collatio eſt communis illi cum Epiſcopo, Glo. in Clement. vnica, in ver. conferantur, de rerum permut. Zabarella conſ. 36. nu. 2. & quãdo collatio pertinet ad aliquem tertium, Zabar. Clem. 1. de hæretic. verb. duro, attamẽ poteſt recipere beneficiorũ reſignationẽ, Gemin. in d. cap. vnico, de maio. & obed. in 6. caſu 22. Frãcus in c. 1. de rer. permutat. in 6. ſed intellige hoc, quãdo reſignatio fit ex cauſa neceſſaria, non autẽ liberè, Rebuff. in prax. de deuolutione, num. 95. & quando fieret in pœnam reſignantis, vt habetur ex extrauag. execrabilis, §. cæterum, de præb. vel quãdo dicta reſignatio fiere ante quam fuiſſet facta prouiſio de Prælato futuro, Pariſ. lib. 7. q. 23. nu. 47. de reſign. qui dicit, id procedere in beneficijs ad collationem Epiſcopi, & Capituli inſimul, & eſſe communem, & veriorẽ ſententiam, ſecus eſſet vbi Capitulum eſſet in poſſeſſione recipiendi etiam reſignationem beneficiorum ad collationẽ ſolius Epiſcopi, quia attenditur in his poſſeſſio, c. cõſultationibus, de iurepat. Dec. conſ. 126. nũ. 2. poſſet tamen ex cauſa vnire beneficia in omnibus caſibus permiſſis Epiſcopo vnire, DD. in Clem. 1. de ſtatu Mon. & in c. 1. de maior. & obed. in 6. atque ita etiam ex cauſa poterit diſunire, Rebuff. in prax. de vnion reuoc. nu. 19. & hęc vnio, vel diſunio durabũt etiam in tempus Epiſcopi futuri, dummodo factæ ſine præiudicio iuris Epiſcopalis, Petrus de Peruſ. de reuoc. vnion. nu. 16. & 17. Felyn. in d.c. cũ olim, in fi. poterit etiam Capitulum iuſtis de cauſis, et ſeruatis ſeruandis, priuare beneficiatos.

Quæſitum XXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopo mortuo, ſi in Capitulo Canonici diſcordarent in eligẽdo Vicarium, quid agendũ.*

2 *Ante electionem in Capitulo, ad-*

adminiſtratio iuriſdictionis reſidet penes totũ Capitulũ.

3 *Capitulum poteſt ad eius libitũ reuocare Vicarium ab eo electum. Limita nu.4. Amplia num.5.*

6 *Vicarius Capitularis debet eſſe Doctor Iuris Canonici.*

7 *Capitulum poſtquam elegit Vicarium, nõ abdicat a ſe iuriſdictionem, ſed tantum exercitium.*

8 *Vicarius creatus à Metropolitano, ſeu alio Superiore ob negligentiam Capituli, ſi moritur, Capitulum poteſt infra octo dies creare alium.*

9 *Capitulum non poteſt alienare bona Eccleſiæ vacantis, ſed res, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt.*

10 *Item non poteſt infeudare bona deuoluta dependẽtia à menſa Prælati.*

11 *Capitulum poteſt cogere Executores teſtamentarios, immo eis negligentibus, exequi.*

Quid faciendum ſi in Capitulo voces Canonicorum eſſent diſcordes circa electionem Vicarij, et vna pars in numero ſufficiens eligeret vnum, et eadem eligeret alium?

401.

1 DIc, quod remaneret electus magis idoneus, & habens qualitates Concilij, ſed ſi omnes eſſent æqualiter idonei, & haberent qualitates requiſitas, tunc dicerem, ſcribendum eſſe ad Sacram Cõgregationẽ, ſed ſi eſſent paria vota, nõ eſſet facta electio, & iterum facienda, quod differetur poſt octo dies, tunc deuolueretur ad Metropolitanum, vel ad alios, vt ſupra dictum eſt.

2 Nota hic primo, quod ante electionẽ in Capitulo, eo tempore adminiſtratio iuriſdictionis reſidet penes totum Capitulum, quod poteſt etiã ſtatim creare, & reſtringere tẽpus, vt habetur in c. Eccleſia veſtra, de elect. & ibi Abb. not. 1. Aliqui dicunt, per illud tempus debere ſuſtinere vices Archidiaconum, & allegant tex. in c. 1. & in c. ad hæc, de offic. Archid. & id ſentit Sbrozius de offic. Vic. lib. 1. q. 61.

3 Nota hic ſecundo, quod Capitulum poteſt reuocare ad eius libitum talem Vicarium ab eo electum, Nauarr. conſ. 9. de elect. in antiquis, Panuin. p. 2. q. 10. nu. 7.

4 ſed hæc reuocatio nõ debet fieri ſine cauſa vrgenti, nam aliàs Capitulum teneretur ad intereſſe, Frecc. in tract. de ſubfeu. & iuſta cauſa amouẽdi eſſet aliquod turpe delictũ in officio, & aliæ cauſę, quas ponũt Scriptores, & precipuè Menoch. in addit. ad lib. 1. de arbit. iud. q. 35, nu. 29. nam ſi iuſtis ex cauſis Capitulum non prouiderit, tenetur de delicto Vicarij, Panuinus loco cit. num. 22. ſed in caſu amotionis eſt conſulẽda Sacra Cõgregatio, vt infra.

5 Adde, quod poterit reuocare etiã ſi iurauerit ſub aliqua pœna non reuocari, D.Anton.3.p.tit. 19.c.10.§.2. & reuocato primo ex cauſis, debet infra octo dies alium conſtituere, aliàs electio deuoluitur, vt ſupra, & terminus octo dierum currit à die ſciẽtię, Abb.conſ.101.p.2. & infra illos octo dies Capitulum non cogitur conſtituere Vicariũ, & poteſt per ſe cum voto Conſultoris adminiſtrare, tamen melius eſt vt etiam eo tempore aliquem deputet, qui nomine ipſius adminiſtret. Et in caſu amotionis Vicarij ex cauſa, poteſt Capitulum compellere ipſum ad reddẽdam rationẽ pro eo tempore, quo adminiſtrauit, & punire pro modo culpæ, idem dic de alijs Officialibus Capitularibus. Adde, quod Epiſcopus ſucceſſor poterit eoſdem compellere ad dandum ſyndicatum, vide partem primam ſexti Concilij Prouincialis Mediolanenſis.

6 Nota tertio, quod Vicarius Capitularis debet eſſe Doctor Iuris Canonici, cui, ſi Doctor nõ eſſet, poteſt Capitulum dare Conſultorem, alioquin poterit ipſe eligere Conſultorem, partibus tamen non ſuſpectum, vt pluries fertur Sacram Cõgregationem cenſuiſſe.

7 Nota quarto, poſtquam Capitulum elegit Vicarium, non abdicat à ſe iuriſdictionem, ſed tantum exercitium, quod etiam poteſt in aliquo minuere, reſeruando ſibi aliqua, vel reſtringendo aliqua, Guttier.lib.1.can.quæſt. c.11.nu.10.

8 Nota quinto, quod ſi morire-tur Vicarius creatus à Metropolitano, vel alio Superiore ob negligẽtiam Capituli, Capitulum poteſt infra octo dies creare vt prius, quia pro prima vice tantũ amiſit ius, & ſi Metropolitanus differret, non poſſet tamen Capitulum ſe immiſcere, Gemi. in cap.fin. de ſuppl.neglig. Præl. num.8.

9 Nota ſexto, quod Capitulum nõ poteſt alienare bona Eccleſiæ vacantis, per c.pręcarie, & c. ſi qua, 12.q.2. ſed poſſet alienare res, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, Panuin.par.2.q.8.nu.3. Abb.in c.1.ne ſede vac. poſſet ẽt pro aliqua inſtanti neceſſitate, in qua appareat euidẽs Eccleſiæ vtilitas, & negotium non pateretur dilationem, & adiri Superior de facili non poſſet, accipere mutuo pecunias, gl.in c.cupientes, de elect. in 6. & ex tali mutuo obligaretur ſucceſſor Prælatus, & ipſa Eccleſia, Panuin. d. q.8. nu.20. poſſet tamen Capitulum in alienatione licita inferiorum Eccleſiarũ, quæ vellent ex cauſa alienare cõſentire, Frãcus in d.c. vnico, Rebuff.de deuolut.nu.104. & de alienandis rebus Eccleſiæ ſeruetur omnino Paulina.

10 Nota ſeptimo, quod Capitulũ non poteſt infeudare bona deuoluta

luta depẽdentia à menſa Prelati, quæ infeudari ſolent, niſi inueſtitura videretur neceſſaria omninò, & nullum inferretur præiudicium ſucceſſori, vel ita haberet conſuetudo illius Eccleſiæ, Amædeus à Ponte ad tit. qui feudum dare poſſ. nu. 157.

11 Nota octauo, quod poteſt cogere Executores teſtamẽtorum, immò exequi, illis negligẽtibus, Card. in Clem. vnica, q. 1. de teſt. immò poteſt cogere Executores ad reddendas rationes, Imol. in d. Clem. vnica, nu. 13. Francus in c. vnico, de maior. & obed. q. 11. in 6. & poteſt etiam exigere manualẽ obedientiã, vt moris eſt in aliquibus Diœceſibus aliquo ſtatuto die, vt cõpareant Clerici cũ muneribus, per tex. in c. his, de maior. & obed. licet ibi Zabarel. teneat contrarium q. 4. ſed alibi obſeruatur.

Quæſitum XXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Vicarius Capitularis non poteſt exequi literas Apoſtolicas directas Epiſcopo, vel eius Vicario.*

An Vicarius creatus à Capitulo poſſit, ſede vacante exequi literas Apoſtolicas directas Epiſcopo, vel eius Vicario?

1 DIc, quòd non, Felyn. in cap. cam te, de re. num. 18. & ratio eſt, quia id non competit Capitulo iure accidentali, & ſic nec Vicario Capitulari.

Quæſitum XXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Capitulum poteſt cognoſcere de cauſis arduis, vacãte Eccleſia.*

2 *Item poteſt dare literas dimiſſorias ad ordines poſt annum vacationis Eccleſiæ, vel in caſu neceſſitatis.*

3 *Itẽm poteſt concedere Epiſcopo extraneo exercere Pontificalia in Eccleſia vacanti.*

4 *Vicarius Capitularis, durante ſede vacante ante annum, nõ dat licentiam Epiſcopo commoranti in Ciuitate, vel Diœceſi, ut ordinet Regulares, etiã præuio examine per ipſum Vicarium facto.*

An poſſit Capitulum cognoſcere de cauſis arduis vacante Eccleſia?

1 DIc, quod ſic, quia hoc non reperitur prohibitum; immo cognoſcit de cauſis matrimonialibus, quæ inter maiores habentur, c. veniens, de eo, qui duxit in matr. Abb. in c. præterea, de teſt. cogend. nu. 2. Nec obſtat diſpoſitio Triden. ſeſſ. 24. c. 20. de reform. nam per verba quæ vidẽtur relinquere examini

Epiſcopi tantum cauſas matrimoniales; excluduntur Prælati inferiores, ſed non Capitulum, quod dicitur in hoc caſu par, & non inferius Epiſcopo, vide Nauarr.de offic.deleg. conſ.1.nu.5. & 6. immò poteſt etiam cognoſcere de hęreſi, ſed debet Vicarius Generalis habere id expreſſum in ſua commiſſione.

2 Nota hic primo, quod Capitulum nō poteſt dare literas dimiſſorias ad ordines poſt Conc. Trid.niſi poſt annum vacationis Eccleſiæ,vel in caſu neceſſitatis, vt in caſu arctationis ratione beneficij,& cum poteſt dare dimiſſorias, poteſt etiam diſpenſare ſuper interſtitijs,vt poterat Epiſcopus,vt in Conc.Trid.ſeſſ.23. c.11.13.14. de reform.

Et poteſt etiam approbare de vita, & moribus eos,qui habent priuilegium à Summo Pontifice recipiendi ordines cū approbatione Ordinarij, Nauar.conſ.19. de temp.ordin.in antiquis.

3 Immò poteſt concedere Epiſcopo extraneo exercere Pontificalia in Eccleſia vacanti ordinandi ſubditos ipſius Eccleſiæ, non autem ſubditos ipſius Capituli,& hoc infra annum,Henriq. lib.10.de ord.c.22. ſed poſt annum poteſt, immò etiam ſubditos aliorum cū dimiſſorijs ſuorum Superiorum, Nauarr.conſ. 21. in antiq. de temp. ordin. & conſ.44. in nouis.

4 Nota ſecundo,quod Vicarius Capitularis,durante ſede vacante ante annum, non dat licētiam Epiſcopo commoranti in Ciuitate, vel Diœceſi vt ordinet Regulares, etiam præuio examine per ipſum Vicarium facto,& ita eſt vſus Neapoli, & extat decretum Sacræ Congregationis.

Quæſitum XL.

SVMMARIVM.

1 *Vicarius Capitularis, ſe abſente poteſt ſubſtituere aliū Vicarium,durante abſentia, & nu.9. enumerantur tres alij caſus.*

2 *Capitulum, ſi amouetur Vicarius Capitularis, poteſt eum compellere ad reddendum rationes adminiſtrationis.*

3 *Capitulum, an poſſit concedere indulgentias.*

4 *Vicarius Capitularis ſi allegatur ſuſpectus,Capitulum poteſt eligere Arbitros,& ſi cauſa ſuſpitionis militat,poterit cauſam alteri committere.*

5 *Vicario Capitulari ex Canonicis debetur ſalarium ex bonis Eccleſiæ vacantis, etiam ſi eſſet extraneus.*

6 *Vicarius Capitularis ſi interuenerit in Choro,vt lucretur diſtributiones quotidianas, debet ſedere in loco ſui Canonicatus.*

7 *Vicarius Capitularis ſi nō eſt ex Canonicis,ſed extraneus,nō debet*

debet habere priorem locum ante primam dignitatem.

8 *Capitulum, ſede vacante poteſt deputare Vicarium ad certũ tempus imò & plures, vel vnum generalem, & alterum foraneum.*

10 *Inhibitio facta Vicario Capitulari, non ligat Epiſcopum ſucceſſorem, vel eius Vicarium, vt attentet. Amplia nu. 11.*

12 *Poteſtas Vicarij Capitularis ceſſabit poſt adeptam poſſeſſionem per nouum Epiſcopũ.*

13 *Vicarius Capitularis, & alij officiales tenentur reddere rationem, & ſtare ſindicatui coram nouo Epiſcopo.*

14 *Capitulum in commiſſione Vicarij poteſt præfigere tempus, & modum procedendi, ſed non poſtea.*

15 *Vicarius quod ſit de corpore Capituli, eſt potius decens, quod neceſſarium.*

16 *Vicarius Capitularis non poteſt interdicere, vel ſuſpendere totum Capitulum, ſed bene ſingulos Canonicos.*

17 *Epiſcopus ſi haberet alternatiuam, & Capitulum prætenderet poſſe eligere, & conferre Canonicatus, facultas ſi Capitulum eam habeat, non eſt ei ſublata, ſi ius conferendi ei competat in quatuor menſibus.*

18 *Capitulum ſi habeat electionẽ Canonicatuum in ſuis menſibus, non requiritur examen, nec confirmatio, nec conſenſus Epiſcopi.*

An Vicarius Capitularis ſe abſente poſſit ſubſtituere aliũ Vicarium dũrante tempore abſentiæ, vel ſpectet ad Capitulum?

1 Dic, quod ſubſtitutio ſpectet ad ipſum Vicarium, ſicut ad eundem ſpectat electio ſubſtitutorum, alijs officialibus abſentibus.

2 Nota hic primo, quòd ſi contingat amoueri Vicarium Capitularem, aliosuè Officiales à ſuo munere, fas eſt Capitulo tam Vicariũ, quàm alios Officiales compellere ad reddendam rationem adminiſtrationis, & eos ſi opus fuerit punire, vide decreta ſexti Concilij Mediolanenſis, vbi hęc, & alia inuenies, & vbi eſt non contraria conſuetudo.

3 Nota hic ſecũdo, quod ſecundum Aliquos, Capitulũ ſede vacante poteſt concedere Indulgẽtias, vt poſſet Epiſcopus, ſi viueret, vt per c. cum ex eo, de pœnit. & remiſs. ſed communis opinio eſt in cõtrarium, vide D. Thom. 3. ſent. diſt. 20. q. 4. art. 2. & ratio ipſius eſt, quia poteſtas cõcedendi Indulgentias pertinet ad clauem iuriſdictionis, & eſt verè iuriſdictio conceſsa dignitati Epiſcopali, c. accedẽtibus, de exceſſ. Prælat.

Prælat. Nauarr.tamen de Iubil. & Indulg.notab.31.nu.7. tenet, quod ſic, maximè ſi Capitulum id haberet ex conſuetudine,ſede vacante,& cum eo tenet Ludou. Bologn. de Indulgentia.

His tamen nō obſtantibus dicerem, ſalua meliori ſententia, vt Capitulum committeret hoc alicui Epiſcopo.

4 Nota tertio,quod ſi allegetur ſuſpectus Vicarius Capitularis eo caſu ipſum Capitulum poteſt eligere Arbitros, vt poſſet Epiſcopus, & ſi cauſa ſuſpitionis militat, poterit cauſam alteri committere, ita cenſuit Sacra Congregatio, & eo caſu poterit committere alteri de gremio Capituli, ſi ibi eſſet idoneus, vel alteri,ſed cæteris paribus eſt præferendus Canonicus, ſicut in electione Vicarij Capitularis debet eligi Canonicus, licet id non ex neceſſitate, ſi adeſt idoneus, & Doctor, alioquin poteſt eligi magis idoneus ex ipſis Canonicis, etiam non Doctor, ſed poterit ei deputari Conſultor, vt per Conſtitutionem Leonis X.

5 Nota quarto, quod Vicario Capitulari ex Canonicis debetur ſalarium ex bonis Eccleſiæ vacantis, ac ſi eſſet extraneus, Card.in Clement.ſtatutum,q.7. Nauarrus dicit,quod non poſſet Capitulum paciſci cum Vicario de diuidendis emolumētis, quia eſſet ſimonia,conſil.2.ne Prælat. vices ſuas, &c. in antiq. ſed non incurreret in pœnas extrauag.1. de ſimon. quia hæc habet locum in ordine, vel beneficio, idem Nauarr.in ſumma, c.23.nu.111.

6 Nota quinto, quod ſi hic Vicarius Capitularis interueniret Choro, vt lucretur diſtributiones quotidianas, debet ſedere in loco ſui Canonicatus, c.à collatione,de appell. in 6. & ibi Scribentes, niſi contraria eſt conſuetudo in aliqua Eccleſia, Nauarr. de off.Vicarij, conſ.2.

7 Nota ſexto, quod quando Vicarius non eligitur Canonicus, ſed extraneus,non debet habere priorem locum ante primam dignitatem poſt Epiſcopalem, Gemin.& Io.And. in cap.pen. de off.deleg. & alij, & vbi Præpoſitus, vel Decanus præfertur Archidiacono, vt eſt in aliquibus Eccleſijs, tunc etiam præfertur ipſe Decanus Archidiacono,etiā ſi ipſe Archidiaconus gerat vices Epiſcopi,ſede vacante,& tūc temporis imperet Præpoſito, & ratio eſt, quia illa ſua poteſtas, breui duratura,& tēporalis,non facit eum habere maiorē dignitatem,vide Fel.in rub.de maior. & obed.nu.10.

Et hic Vicarius Capitularis electus ex gremio Capituli, habetur pro præſenti in Choro ad lucrandum diſtributiones quotidianas, quia eſt in ſeruitio ipſius Eccleſiæ, dum exercet officium Vicariatus,Panuin.de off.Vicar. ſede vac. p.2.q.10. nu.5. & alij,

Ali-

Aliqui dicunt contrarium, vide dec.Rot.diuerſ.222.nu.6.par.2.

8 Nota ſeptimo, quod Capitulũ ſede vacante poteſt deputare Vicarium ad certum tempus, ita Sacra Congregatio cenſuit, imò & plures Vicarios conſtituere, ęque principales, vel vnum Generalem, & alterum Foraneum, maximè ſi eſt ampla Diœceſis, vt Beneuentana, Mediolanenſ. & ſimiles, immò in Toletana Diœceſi ſunt duo Vicarij Generales ob amplitudinem Diœceſis, immò poſſet ēt creare Vicarios duos, qui alternis menſibus exercerēt, ſi ita eſt immemorabilis conſuetudo, & ita declarauit Sacra Cõgregatio, & vbi ſunt duo Epiſcopatus vniti, poſſet vtrumque Capitulum, ſi extat, creare eorum Vicarium.

9 Nota octauò, quod in tribus caſibus Vicarius Capitularis poteſt ſubſtituere alium, primò quando magna ex cauſa, & improuiſa faceret, & non frequenter, Zabarella in Clemen. vnica, q.19. de off.Vicar. Hoſtien. in c. Clericos eod.tit. Secundò, quando habet hanc facultatem in cõmiſſione. Tertiò, ex cauſa infirmitatis, vel alterius impedimēti, & tunc ſecundum veriorem ſententiam requiritur conſenſus Capituli.

10 Nota nonò, quod inhibitio facta Vicario Capitulari non ligat Epiſcopum ſucceſſorem, vel eius Vicariũ, vt attētet, Lancellottus c.20.limit.28. nu.5.de attētatis, qui citat Rotam, idem

11 dic de Vicario creato à Capitulo non cauſa mortis, ſed quia Epiſcopus degit in remotis, & eius Vicarius moritur, quia longa abſentia æquiparatur morti, Cardin.in Clemen. vnica de off. Vicar.q.18.

12 Nota decimo, quod poteſtas Vicarij Capitularis ceſſabit poſt adeptam poſſeſſionem per nouũ Epiſcopum, Panuin.q.2. nu.19. p.2.

13 Nota vndecimo, quód Vicarius Capitularis, & alij officiales tenentur reddere rationem, & ſtare ſindicatui coram nouo Epiſcopo, Concil. Trident. ſeſſ. 24.c.16.

14 Nota duodecimo, quod Capitulum in commiſſione Vicarij poteſt præfigere tempus, & modum procedendi, ſed nõ poſtea, vt v.g. in cauſa Canonicorũ procedat cum voto aliquorũ Conſultorum, vel Cõgregationis vbi vſus eſt, vt eſt Beneuenti in Metropolitana Eccleſia, & hoc vt conſulatur Canonicis exoſis ipſi Vicario, ob votum non præſtitum.

15 Nota decimotertio, quod Vicarius, decens eſt vt ſit de corpore Capituli, non tamen eſt neceſſe, & Parochus non poteſt eſſe Vicarius, quando commodè vtrique muneri ſatisfieri nõ poteſt.

16 Nota decimoquarto, quod Vicarius Capitularis nõ poteſt interdi-

terdicere, vel ſuſpendere totum Capitulũ, quia id reſultaret contra ſe ipſum, quod eſt verum etiã in Vicario creato à Metropolitano ob negligentiam Capituli, vel à viciniori Epiſcopo, Suarez de cenſuris, diſput.7.ſect.3.

Sed poſſet Vicarius Capitularis excommunicare ſingulos Canonicos, vel ſuſpendere, quia nõ conſiderantur vt Collegium, ſed vt ſinguli. Cętera huc pertinentia, videantur in Scriptoribus materiam hanc fuſius tractantibus, vt eſt Panuinus, & alij, imò in Quaranta, quadrageſies laudando, habentur multa, cum decent breuitate.

17 Nota decimoquinto hic obiter, quod præſuppoſito, quod Epiſcopus haberet alternatiuã, & Capitulum prætenderet poſſe eligere, & conferre Canonicatus, facultas (ſi Capitula eam habeant) non eſt eis ſublata, ex Concil.Trid. ſi ius cõferendi Capitulo competat in quatuor mẽſibus, Gonſalez ſuper Regulam octauam, gloſ.54.& ſequen. qui multa dicit pro notitia huius materiæ collationis Epiſcopi, & Capituli, & dicit ſe conſuluiſſe ſuper hac materia in vna cauſa Canonicatus Nouarien. & ita fuiſſe deciſum, vt ipſe conſuluit corã R.P.D.Iuſto de anno 1568. die 1. Decemb. Nota hic, quòd de iure cõmuni Epiſcopi eligunt Canonicos, cit.q.3.diſt.1. vt alibi diximus.

18 Nota decimoſexto, quod pręſuppòſito, quod Capitulum habeat electionem Canonicatuum in ſuis menſibus non requiritur nec examen, nec cõfirmatio, nec conſenſus Epiſcopi, Abb.in c.cũ. Eccleſia, de elect.nu.2. vbi dicit hæc verba formalia, quod receptio, ſeu creatio Canonicorum poteſt pertinere ad Capitula ſine alia confirmatione, Rebuff.in prax.bèneficial.de elect. num.4. Francus in c. auaritiæ, de elect. nu.4.in 6.Zabar.in ſuo conſilio, nu.4. & ratio ipſius eſt, quia non fit propriè electio, ſed receptio, licet videatur tenere Abb. quod requiratur, in cap.poſtquam, de elect. & in cap.cum venerabilis, de conſuet.

Quæſitum XLI.

SVMMARIVM.

1 *Prælatus Eccleſiæ poteſt committere alteri Canonico vices abſentis Canonici, & illi aſſignare de eius beneficio, & adducitur obſeruantia in Eccleſia Beneuentana.*

2 *Procurator Camerellæ Eccleſiæ Beneuentanæ, qui habet curam celebrationis miſſarũ, recto ordine poteſt leuiter percutere clericos inſeruientes diuinis, & non incurrit excommunicationem. Amplia num.3.*

4 *Corpus Capituli, ſeu Collegij mo-*

moueri debet ad diſpoſitionē eius Capitis, & illi obedire.

5 *Caput Capituli poteſt ex ſe abſque Capitulo explicare aliqua negotia minora.*

6 *Capitulum poteſt facere ſuum Superiorem procuratorē, vel ſyndicum. limita nu. eod.*

7 *Canonicus poteſt proprio nomine agere abſque mandato pro iuribus ſuæ præbendæ. declara nu. eod.*

8 *Qualibet Eccleſia intus eccleſiā Archiepiſcopalem, vel alias maiorem poteſt agere pro manutentione iurium illius.*

An Prelatus Eccleſię poſſit committere alteri Canonico vices abſentis Canonici, et illi aſſignare de illius beneficio?

1 Dic, quòd ſic, ita tenet gloſ. in c. peruenit, de appellat. il ſecondo, dummodo cōgruam portionem aſſignet.

Atque ita quàm ęquiſſimè decreuit Illuſtriſs. & Reuerendiſs. D. Pompeius Arigonius Archiepiſc. Beneuentanus memorandæ memoriæ; quod Dominicis diebus, & feſtis Miſſa Conuentualis à Canonico circulariter cantetur; quod ſi quis impeditus, vel aliàs noluerit, vel non potuerit cantare, cantāti pro eo alteri Canonico dentur de portione non cantantis caroleni tres, & pro aſſiſtētia caroleni duo pro quolibet aſſiſtente.

Non eſt ſilentio prętereundū, quòd optimè de hac ſua Eccleſia fuit meritiſſimus, quippe qui de Cruce magna argentea cum ſex candelabris, de quinque lampadibus, de indumentis Sacerdotalibus pretioſis ei prouidit, ita vt expenſas tam in his, quàm in reſtauratione, & exornatione Palatij aſcendere ad triginta millė aureorum credendum ſit, hic extruxit locum Capituli, & locum Chori, opus magnæ etiam impēſæ, qui etiam Collegio Societatis Ieſu donauit Criminale in Caſtro S. Bartholomæi valoris 25. milia aureorum.

2 Nota hic primo, quòd Procurator, vt ibi, Camerellæ Eccleſiæ Beneuentanæ, qui habet curam celebrandarum Miſſarum, recto ordine poteſt leuiter percutere Clericos inſeruientes diuinis, & non incurrit excommunicatio-
3 nem; idem dic de Clericis ſenioribus, qui zelo deuotionis, & correctionis leuiter percutiunt Clericos turbantes diuina, idem dic de Prælatis, vel Magiſtris, c. cum voluntate, de ſent. excom. dummodo non exceſſerint, Abb. in c. ad audiētiam, de homic. in 1. notab. idē ibi de alijs Clericis percutiendo aliquem de familia Clericorum ad correctionem.

4 Nota hic ſecundò, quod corpus Capituli, ſeu Collegij moueri debet ad diſpoſitionem illius capitis, Abb. in cap. ſignificaſti, de elect. col. 2. nam non licet mēbris

bris à capite recedere, ſed debēt illi obedire, c. cūm non liceat, de præſcript. & c. nō decet, 12. diſt.

5 Nota hic tertiò, quod regulariter caput Capituli poſſet ex ſe, abſq; Capitulo explicare aliqua minora negotia, Abb. in c. cum Eccleſia, de elect. col. 3. & 4. vbi etiā dicit, quod in notorijs conſilium Capituli non eſt neceſſarium, ſed Canonicis abſque licētia ſui Prælati nil agere licet, c. cum omnibus, de conſec. diſt. 5.

6 Nota quarto, quod Capitulū poteſt facere ſuum Superiorem Procuratorem, vel Syndicum, vel actorem in cauſa ipſius Capituli, ſed hoc mandatum procurationis nō operatur vt propter ipſum admittatur ille Superior ad agēdum, cum id ei competat de iure, Felyn. in cap. edoceri, de reſcript. & ibi Abb. in notab. 2. vbi dicit, quòd quilibet Prælatus poteſt, & debet ſolus procurare negotia ſibi, & Capitulo cōmunia, Dec. idem tenet in cap. reprehenſibilis, de appellat.

7 Nota quinto, quòd Canonicus poteſt proprio nomine agere abſque mādato pro iuribus præbendæ ſuæ, dummodo præbenda ſit coniuncta Canonicatui irreuocabiliter, & iure perpetuo, ſed quando aliquod prædium concedetur ad vſum tantū, tunc Canonicus non poſſet ex ſe agere, vel conueniri pro illa præbenda, Fel. in c. ex literis, de probat. col. 11.

8 Nota ſexto, quòd quælibet Eccleſia intus Eccleſiam Archiepiſcopalem, vel aliàs maiorem poteſt agere pro manutentione iurium illius, quia intereſt ei vt, tam maior Eccleſia, quàm membra ipſius conſeruentur in ſua integritate, Abb. in cap. cum veniſſent, de inſtit. col. 2. & hoc eſt rationabilius, quod vnum membrum aliud coadiuuet, & eò maius caput.

Meminerint pro fine huius tractatus DD. Canonici, vt quia Canonici vocantur, vt præſtent re, quod vocabulo dicuntur, vt etiā admoniti ſunt in Synodo Beneuentana (cuius ego ex præcepto D. Maximiliani de Palūbaria, Archiep. Beneuen. compoſitor fui) decretū fuit, ſicut etiam in Synodo Prouinciali ſub eodem celebrata habetur de Canonicis in communi.

SVMMARIVM.

1 *Canonici nō poſſunt lucrari diſtributiones quotidianas ratione trium menſium, quibus abeſſe licitum eſt, & nu. 2. 3.*

4 *Capitulū, neque Epiſcopus poſſunt remittere amiſſionem diſtributionum, & nu. 5.*

6 *Canonicus poteſt lucrari diſtributiones quotidianas, ſi inſeruit curæ animarum, Capitulo, vel ſi abeſt pro ſeruitio ipſius Capituli.*

7 *Pœnitentiarius dum confeſſiones*

nn audit, cenſetur pro præſente, ſimiliter ſi Canonicus eſt Theologus, vel Lector, eo die, quo legit non amittit diſtributiones. Amplia nu.8.

1 NOtãtur hic aliqua pro Canonicis ad conſulendum eorum labori, pro reperienda deciſione infraſcriptorũ. Primo, quòd Canonici non poſſunt lucrari diſtributiones quotidianas ratione trium menſium quibus abeſſe licitum eſt: Sac. Cong. vt refert, & tenet Pariſ. de reſignat. q. 10. nu. 65.

2 Secũdo, ꝙ non lucraretur ẽt ſi eſſet Vicarius Epiſcopi, vel ipſemet Epiſcopus, niſi interſit, quia in hoc habetur vt Canonicus, & vt talis etiam ſedere, vt ſupra ẽt dictum eſt, c. à collatione, & ibi gloſ. de appellat. in 6. ſed quoad ſedendum vide ſupra ...

3 Tertio, quod nõ lucrantur ẽt ſi intereſſent per modicum tempus, ſed omnibus horis intereſſe debent, & per omnes horas debet fieri cõpartitio diſtributionum, Clem. 1 1. de ætat. & qualit. & ibi gl. verb. certis horis. Card. ibidem, & ita etiam declaraſſe Sacram Congregationem refert Nauar. de cler. non reſid. conſ. 9. ita etiã habetur in Synodo Diœceſana Beneuenti ſub Illuſtriſſ. Iacobo Cardinali Sabello, Archiepiſcopo. Et non video quomodo defendi poſsit in iure, vt vni horæ inſeruiens lucretur alias, & vnam horam amittens, cẽſeatur omiſiſſe alias, dum alijs horis interfuerit, qui abuſus irrepſit in Reuerendiſſimo Choro Beneuentano, neſcio cuius conſilio, ne dicam pertinacia, credo tamen de breui tollendum.

4 Quarto, ꝙ nõ poteſt Capitulũ, neque Epiſcopus remittere amiſſionem diſtributionum, Nauarr. loc. cit. Menoch. de arbitr. Iudic. ad caſum 429. nu. 9. & habetur ex Conſtitutione Bonif. Octaui, vt citaui in Synodo Diœceſana Beneuentana ſub Illuſtriſs. Maximiliano Archiep. aliàs cit.

5 Quinto, ꝙ licet diſtributiones amiſſæ accreſcãt præsẽtibus, vbi eſt conſuetudo, id intellige de antiquitùs factis ex fructibus mẽſæ communis, ſed diſtributiones illæ factæ ex tertia parte fructuũ præbendarum, poſt Conc. Trid. intereſſentibus non accreſcunt, ſed vel Fabricæ Eccleſiæ, vel alteri pio loco applicantur, ex eodem Conc. de refor. ſeſſ. 22. c. 3. Et hæc diſtinctio non eſt mea, ſed Nauarr. conſ. 30. de verb. ſignif. & ita etiam tenuit Reuerendiſs. Zerola Magiſter meus in praxi p. 2. ver. ad quartum. Sed alij Doctores, nempe Card. Imol. in cit. Clem. & Couarr. l. 3. var. reſ. c. 13. dicunt, attendendam eſſe in talibus conſuetudinẽ, Rebuff. dicit, quod ſi conſuetudo, vel ſtatutũ ſit, vt aliqua ſumma diſtribuatur præſentibus, tunc abſentium pars accreſcit præſentibus: ſi ve-

ſi verò ſit, vt diſtribuatur certa quantitas tunc pars abſentium nõ accreſcit præſentibus, in praxi benef. de diſpenſ. de non reſid. num. 10.

6 Sexto, ꝙ lucrari poteſt diſtributiones quotidianas Canonicus inſeruiens curæ animarum ipſi Capitulo, vel ſi abeſt pro ſeruitio Capituli, cap. ex parte 2. de Cler. non reſid. Nauarr. conſ. 8. nu. 1. eodem tit. Couar. loco cit. & licet dicatur adeſſe declaratio nẽ Sacræ Congregationis (quam non vidi) quod Canonicus inſeruiens curæ animarum, amittat diſtributiones quotidianas, conformando me principaliter declarationi antedictæ, ſi extat, dicerem tamen, quando cura nõ imminet Capitulo, ſed ipſi Canonico, & hoc ſalua correctione, & attendenda eſt prædicta declaratio.

7 Septimo, ꝙ Pœnitentiarius dũ cõfeſſiones audit, cenſetur ꝓ præſente in Choro, ſimiliter ſi Canonicus eſt Theologus, vel Lector, eo die, quo legit, non amittit diſtributiones, Trid. loc. cit. cap. 8. Gonzal. refert ita declaratum coram Greg. XIII. ſuper 8. Canc. §. 7. nu. 180.

8 Octauo infirmus lucratur durãte infirmitate, ſi dũ ſanus erat frequentabat Chorũ, Fel. in c. Apoſtolicæ, de except. nu. 12. & dummodo recumbat in loco vbi eſt Eccleſia, Couarr. loc. cit. num. 8. De ſenibus ſtandum eſt conſuetudini. Capitulum Beneuentanũ habuit pro præſentibus tres Canonicos ſenes, & longa infirmitate detentos, his proximis temporibus, & ita antiqua conſuetudine receptum eſſe affirmant.

De Studentibus adeſt declaratiò Sacræ Congregationis per hæc verba, Inter cætera, quòd ſi omnes fructus Capituli conſiſtant in huiuſmodi diſtributionibus, abſentes ſtudiorum cauſa percipiant eas, dẽpta tertia parte, quæ accreſcit inſeruiẽtibus, ſed non lucrantur eas, quæ ſunt applicatæ pro Miſſis, aut anniuerſarijs defunctorum; placuit addere hæc, quia & de his in capitulo noſtro ſæpe oriri ſolent altercationes.

De voce Canonicorum in Capitulo finis.

DE

DE OFFICIO CANONICORVM IN CHORO,

Et de recitandis Horis canonicis tam ab ipſis, quàm à cęteris obligatis.

Poſt expletum officium Canonicorum in Capitulo, deſcenditur ad Chorum.

SVMMARIVM.

1 *Officium Canonicorum in Choro quid ſit.*

2 *Matutinum, Prima, & Completorium ſunt horæ nocturnæ, cæteræ verò diurnæ.*

1 Officium Canonicorũ in Choro, eſt recitare horas canonicas, vt decet, & debet quiſque pſallere cũ alijs, ſed alternatim, qui vero cum alijs non pſalleret, non ſatisfaceret, nec faceret fructus ſuos, & teneretur reſtituere, nec remiſſio, ſeu condonatio ſociorum ei ſuffragatur, vt ex Conſtitutione Bonif. VIII. & alijs canonicis ſanctionibus.

Eſt multum laudabile, & debitę decentiæ proximum, vt Canonici ad Horas recitandas à Capitulo, deuotè, & proceſſionaliter Chorum ingrediãtur, & Sanctum, ſeu Sanctam, cuius nomini Eccleſia dedicata eſt, eis obuiam factam ad amplexandum eos, & ad diuinas laudes decantandas allicien dum, & eis pſallentibus aſſiſtendũ, adeſſe, ſibi proponant, & quò deuotiùs muneri incumbãt, præ oculis hoc habere ſibi quiſque perſuadeat, hoc enim modo debitæ ſeruitutis obſequiũ omnes ex corde patefacere, & penſum attentè, & debita humilitate, & deuotione ſoluere ſtuderent.

Et huiuſmodi Horæ canonicę debent in Choro dici debitis horis: poſſet tamen qui priuatè dicit, ex aliqua cauſa præuenire, facit tex. & gl. in l. 11. ff. de verb. ſign. & tex. & gl. in c. 1. de celebr. Miſſar. & regulariter eſt melius pręuenire, quã præueniri, quo ad occupatum intellige.

2 Nota, quod Matutinũ, Prima, & Completorium ſecundum canones ſunt Horæ nocturnæ, cętere diurnæ, vide Io. And. & Abb. in c. 1. de celebrat. Miſſ. & Horæ canonicæ ſunt ſacrificium laudis, quod Deo offertur de fructu

labiorum, itaque ſunt dicendæ verbali expreſſione, & mente habeatur ſententia S. Cypriani: Quid poſtulas te audiri à Deo, cum tu te ipſum non audias.

Quæſitum I.

SVMMARIVM.

1 *Officium Canonicorum in Choro, & quomodo ſe habeant gerere in eo.*

Quid eſt officium Canonicorum in Choro?

1 DIc, quod eſt recitare diuinum Officium ſecundum Rubricas Breuiarij Romani, vt infra dicetur, & ita ſe exhibere in hoc munere eorum, exequendo, vt populo Angeli pacis videantur, & ſint.i.tanquã mediatores populi ad Deum, eorum orationibus deuotis peccatores concilient Redemptori, & à via impia ad veram vitã perducant, & vt facilius hoc exequi eis ſuccedat, regulas recitandi diuini Officij per quæſita, tã eis, quàm cæteris proponuntur.

Quæſitum II.

SVMMARIVM.

1 *Horæ canonicæ vnde dicantur.*
2 *Quare ſunt ſeptem.*
3 *In recitatione diuini officij quiſque debet ſe conformare conſuetudini Eccleſiæ ſuæ.*

Quare dicuntur Horę canonicę diuinum Officium?

1 DIc, quòd dicuntur Canonicæ, quia à Canone inſtitutæ ſunt (vt infra etiam dicetur) c.11.91.diſtinct. cap.fin.12.diſt. & clem.1.de celeb.Miſs.

2 Sunt autem ſeptem, quia, Septies in dies (vt ex pſalmo) laudẽ dixi tibi, ideo ſunt ſeptem, præterea ſunt ſeptem dona Spiritus ſancti, 30.q.1. c.peruenit. ſeptem ſunt dies ſeculi, hinc dicitur orbis volutus ſepties, ſignat beata tempora, ſeptẽ ſunt ætates mundi, ſeptem Diaconi, per quos deſignantur ſeptem Candelabra aurea templi Dei, 93.diſt. c.Diaconi, ſeptem vicibus aſpergitur de ſanguine vituli digito contra Propitiatorium ad orientẹm per Aaron, Leuitic. c.16. & quia Aaron idẽ eſt, quod Sacerdos, qui per has ſeptẽ horas protulit memoriam Vituli.i. Ieſu Chriſti crucifixi, ideo ſeptẽ horæ, per quas ſingulis diebus debemus paſſionẽ Domini meminiſſe, gloſ.6.in c.dolentes, de celebr. Miſſ. & ibi DD. quidam ſunt verſus de myſterijs numeri, & ſignificatione horarum, vltra ea, quæ infra etiam habentur.

In Matutino damnatur tempore Chriſtus,
Cum ſurrexit Primam canit ordo fidelis.
Tertia cum canitur, tunc eſt cruciamina paſſus.

Sexta

Sexta ſunt tenebræ, per mundi climata factæ.
Emiſsus Nona diuinus ſpiritus hora.
Veſpere clauduntur Ieſu Chriſti membra ſepulchro.
Chriſti biſſena cuſtodia traditur hora.

Per biſſenã horam intellige horam duodecimam.i.vltimã diei, vide Io.And.in c.i.de celeb.Miſſ.

1 Nota, quod in recitatione diuini Officij, vt infra etiã dicetur, debet quiſque ſe conformare cõſuetudini Eccleſiæ ſuæ, c.nouit, 12.diſt.& c.ſequenti, & qui contra facit, poteſt puniri vti tranſgreſſor legis, cap.in his, 11.diſt. Hæc doctrina ſatis placuit DD. Io.Baptiſtæ Capaſſo Primicerio maiori, & Simoni Baſſo Canonico Eccleſiæ Beneuentanæ, dum mecũ agerẽt de Officio SS.Beneuentanorum, quippe qui Chorũ noſtrum ut nobilitate generis, ita moribus, & doctrina exornãt.

Quæſitum III.

SVMMARIVM.

1 *Diuinum Officium, & Horæ canonicæ quid ſint, & quando incœpit, & quomodo.*
2 *Oratio Pater noſter, debet præcedere omnes alias, & nu.6.*
3 *Recitans Horas canonicas quid meretur.*
4 *Beneficiatus obligatur ad Horas canonicas, vt ſatiſfaciat pro Fũdatoribus beneficiorũ.*
5 *Horæ canonicæ debent dici cum puritate conſcientiæ, & animi deuotione, & modeſtia.*
7 *In principio ſingularum Horarum imploratur diuinum auxilium, quia in Dei nomine omnia facere debemus.*
8 *In exequijs mortuorum quid obſeruetur.*
9 *In primitiua Eccleſia miniſtri ter de nocte interpellati ſurgebant ad recitandum diuinum Officium, & quare.*

Quid ſit diuinum Officium, et Horę canonicę, et quando incępit, et quomodo?

1 DIc diuinum Officium eſſe obligationem diuino cultui debitam à miniſtris Eccleſiaſticis, & electis in ſeruitium, & in ſortem Domini, cui ſeruire regnare eſt, hinc dicitur regale Sacerdotium, & ſeptẽ Horę canonicę (vltra ea, quæ infra dicẽtur) dicũtur cõmuniter ab omnibus Eccleſiaſticis ad id obligatis, & dicitur diuinũ Officium, quia eſt actio honeſta, quæ prodeſt dicentibus, vel quia illud debent efficere miniſtri Domini, & dicuntur Horæ canonicæ, quia debent dici orando, & ſunt à canone inſtitutæ, vt in c.1. & c.dolentes, de celeb.Miſſ.itaque debent dici orando, & contẽplando: vel quia dici debent certis, & regulatis horis ex regula Eccleſiæ recitatis, vide Zaba.c.1.de celeb.Miſſ.

2 Et oratio Pater noſter, ante Horas dicenda eſt,nam rationabile eſt vt illa oratio præcedat, quã author ſalutis inſtituit,& ita poſt Horas dici debet,vt habetur in c.id ſemper,de conſecr.diſt.5.

3 Et qui tenetur ad recitandum Horas canonicas, ſi fuerit in gratia meretur augmentum gratiæ, & diminutionem pœnę,ſicut qui facit alia opera bona,de pœnit. diſt.3.c.ſi quis autem,ſi non fuerit in gratia, tunc non meretur augmentum gratiæ,ſed alia plura,vt minus ſupplicium, bonum temporale, citius cõuerſionem, c.quod quidẽ,de pęnit.& remiſſ. Adde,quod Diabolus non habet tantam poteſtatem,quam haberet, ſi talia non faceret, & valet ad habituationem ad bonum, & hæc intellige de operibus, quæ fiũt extra charitatem, tamen ad honorem, & gloriam Dei, nõ de illis, quæ fierent propter vanam gloriam, quia de his dicitur, Receperunt mercedem ſuam, & non mercedem, ſed pœnam merentur,de pœnit.diſt.4.c.ſi quis.

4 Et ſciatur etiam, quod beneficiatus obligatur ad Horas canonicas, vt ſatisfaciat pro Fundatoribus beneficiorum, Card. Sancti Syxti in cap. cantantes, 92.diſt. quæ Horæ non poſſunt dici ſine oris expreſſione, D.Th. 2.2.q.83.

5 Horæ canonicæ debent dici cum puritate conſcientiæ,animi deuotione,& modeſtia, nã ſi cor non orat,fruſtra lingua laborat. Et ſunt cenſus debitus Deo ab Eccleſiaſticis perſonis, quæ viuũt de patrimonio Chriſti, ideſt ſunt quaſi tributũ, DD.& Card. in Clem.1.de celeb.Miſſ.

In primitiua Eccleſia quiſque ad libitum cantabat quæ ad Dei laudẽ pertinebant: ſed ab initio obſeruabatur ab omnibus pro Officio dici orationem Dominicalem, & Symbolum Apoſtolorũ, D.Hieronymus poſtea iuſſu Damaſi Papæ ordinauit Officiũ cum pſalmis per ferias, deinde D.Gregorius, & Gelaſius addiderunt orationes,cantus, & reſponſoria lectionibus, & Euangelijs, & alij DD. & Sancti Eccleſiæ addiderunt alia, diuerſis ſuccedentibus temporibus,& ex rationabili cauſa bene viſa Summis Pontificibus pluries eſt mutata forma recitandi diuinum Officium: ſemper tamen credendum eſt ex Spiritus ſancti inſpiratione.

6 Et laudabili conſuetudine introductum eſt,vt in principio, & in fine dicatur oratio Dominica, & Symbolum Apoſtolorum ad repellendas malas cogitationes, & in Concilio Gorunt. ſtatutum fuit,vt dicantur non ſolũ in recitatione Officij Domini, ſed etiam poſt ſingulas Horas Beatæ Mariæ Virginis, & initio præmittatur Salutatio Angelica, & in principio ſingularum Horarum imploratur diuinum auxi-

auxilium,quia ſine eo nihil poſſumus facere,& quia in Dei nomine omnia debemus facere, quæſt. vltima, cap. obſeruetis. Et quoniam tribus modis peccatur, corde, ore, opere, ideo ad Completorium dicitur, Conuerte nos,contra peccatum cordis, ad Matutinum dicitur, Domine labia mea aperies, contra peccatum oris, ad alias Horas dicitur, Deus in adiutorium meum intende,propter peccata operis, & quoniam in peccatis cordis,& oris eſt aliquid operis, dicitur in omnibus Horis, Deus in adiutorium meum intende, Monachi incipiunt à Deus in adiutorium meum intende, quia ſine adiutorio Dei nec cor, nec os poſſunt aliquid boni dicere.

Vel ideo inchoatur Officium à Domine labia mea aperies, ſignato prius ore ſigno Crucis, quia miniſter Eccleſię debet aperire os principaliter ad laudem in recitatione diuini Officij,meditando gratiam redemptionis per Crucem factã,& qui diceret ob lucrum tanquam finem principaliter intẽtum, committeret ſimoniam mentalem, S. Thom. quodlib.8.q.6.art.11.& alibi diximus.

8 In exequijs tamen mortuorũ nec Deus in adiutoriũ,nec Gloria Patri dicimus, quia in illis Saluatoris exequias imitamur, in quibus hæc ceſſant, Duran. lib.4.Rational.c.2.

9 Et notandum,quod in primitiua Eccleſia miniſtri ter de nocte interpellatim ſurgebant ad recitandum diuinum Officium, deſignãtes tria tempora,ſcilicet ante Legem, Legis, & Gratiæ. Primo enim circa primum ſomnũ, quando vulgus ſolet ire dormitum, & vocabatur primum Nocturnûm, in quo Pontifex, & miniſtri Eccleſiæ ſurgebant, & vocabatur Vigilia. Ad ſecũdum Nocturnum circa noctem ſurgebant miniſtri ſimul cum coniugatis, tam viris, quàm mulieribus. Ad tertium ſurgebant omnes communiter. Duran.lib.5. c.3.qui etiam alia huc pertinentia diffusè ponit.

Et in fine Officij,vel Horarum, quando eſt terminandum, dicitur Antiphona Salue Regina,vel alia pro tempore,vſu Eccleſię.

Quæſitum IV.

SVMMARIVM.

1 *Recitatio Horarum* Canonica*rum eſt de præcepto.*

2 *Præsbyteri ad recitationem Horarum* Canonicarum *tenentur ſub pęna peccati mortalis. Amplia nu.3.*

4 *Culpa non debet afferre commodum delinquenti.*

5 *Clerici, vel in prima tonſura conſtituti non tenentur recitare diuinum Officiũ,ſed obligantur ad Officium B. M. V.*

An ſit pręceptum de recitandis Horis canonicis?

1 DIc, quòd ſic, vt habetur in c.Præsbyter, 91.diſt. c.1. & c.dolentes,de celebr.Miſſ.pręterquàm quod habetur ex ſanctiſſimæ Eccleſiæ conſuetudine, & Patrũ traditionibus, vt lib.8. Conſtitutionum Apoſtolicarum Beati Clementis c.40. & apud Beatum Cyprianum de oratione Domini, ſerm.6.

2 Tenentur ad recitationẽ diuini Officij, ſeu Horarum canonicarũ ſub pœna peccati mortalis Præsbyteri, vt in d.c.Præsbyter, & in c.1.de celeb.Miſſ. Ac etiam Subdiaconi, & Diaconi, vt d.c. dolẽtes, licèt Caiet.in verb.Hora canonica, & Nauarr.de Hor. can. ſentiant Subdiaconum, & Diaconum non teneri ex aliquo decreto, vel conſtitutione Eccleſiæ expreſsè, ſed ex quadam vniuerſali recepta cõſuetudine, ſed eos teneri etiam ex pręcepto, eſt cõmunis opinio D. Anton. 3.p. tit.13. cap.14. §.1. Palud. in 4. diſt.15.q.5.art.1. Sil.in Summ. in verb.hora.

3 Itaque tenentur tam Presbyteri, quàm alij in ſacris ad recitationem diuini Officij, etiam ſi eſſent excommunicati, ſuſpenſi, depoſiti, degradati, & interdicti, DD.d.cap.Præsbyt. d.28. Sil. & alij loc.cit. Nauarr.c.7.nu.16.& ſeqq.de Hor.canon. & ratio eſt, quia pœna non debet ſuffragari,

4 & culpa non debet afferre commodum delinquenti, tum etiam quia cenſuræ, & pœnæ, vt ſupra, nõ tollũt Ordinis characterem, aut Religionis profeſſionẽ, quarum occaſione tenetur quis ad Horas canonicas, licet priuent fructibus, vel etiam ipſo beneficio. Sed ij nõ poſſunt publicè recitare, nec in Eccleſia cum alijs, ſed priuatim, ac ſi eſſent laici, nec poſſunt dicere, Dominus vobiſcum, ſed loco ipſius debent dicere, Domine exaudi orationem meam, & eſt communis opinio DD.cit.& aliorum.

5 Conſtituti in minoribus, vel prima tonſura non tenentur recitare diuinum Officium, & eſt communis opinio, quicquid dicat gloſ.in c.fin.diſt.92.Io.And. & Abb.in c.1.de celeb.Miſſ.

Sed aliqui dixerunt, conſtitutos in minoribus, & prima tonſura teneri pluſquàm laicos ad dicẽdum aliquam orationem indeterminatã, licèt id neget Ang. in verb.Hora canonica, nu.3.

Tu dic eos obligari ad Officiũ B.M.V.vel ad canticum gradus, & hoc vel ex conſuetudine approbata à Superioribus, vel ex præcepto Epiſcoporum eos ordinantium, Nauarr.de Hor.can. c.9.nu.12.& 17.qui aſſerit, hanc obligationem non eſſe ſub mortali, quia nunquam ita fuit recepta, ſicut nec conſuetudinem antedictam, ſed tantùm ſub veniali, Nau.loc.cit.nu.14.

Quæ-

Quæſitum V.

SVMMARIVM.

1 *Beneficiati tenentur recitare diuinum Officium, etiamſi ſint tantum prima tonſura initiati. Limita nu.2.*

3 *Habens plura beneficia non tenetur recitare plura Officia, ſed ſemel tantum.*

An beneficiati teneantur recitare Horas canonicas?

1 DIc, quod ſic, etiam ſi ſint tantùm prima tonſura initiati, & eſt communis opinio in c.1.de celebr.Miſſ. & colligitur ex cap.fin.diſt.92.& c.quod à te, & c.diuerſis fallacijs,de cler.coniug.& ratio eſt,quia beneficium datur propter Offic um Horarũ canonicarum. Et obligatio hęc quo ad beneficiatos eſt de iure naturali etiam,nõ ſolum ex præcepto Eccleſiæ,Sil.in verb.Hora, q.2.Nau.de Hor.can.nu.3.& ratio eſt, quia cùm beneficiati habeãt ab Eccleſia beneficium fundatum,& dotatum non niſi propter Officium recitandi Horas canonicas, tenentur beneficiati iure naturali, & ex debito iuſtitiæ ad recitandum Officium.

2 Secus eſt de illis,qui non vt Clerici, ſed vt laici participant de fructibus eccleſiaſticis,vt qui habet fructus beneficij, vt legat Theologiam, & ſimil. quia ij pro eorum labore percipiunt.

3 Eſt hic notandum, habentem plura beneficia nõ teneri ad plura Officia, ſed tantùm ad ſemel recitandũ in die, D.Th.quodlib. 1.art.13.Io.de Rui.de Hor.can. q.9. Nauarr.in miſcellaneo 60. & ita habet conſuetudo vbique approbata, & ratio eſt, quia ex quo quis obtinet plura beneficia, videtur cum eo diſpenſatũ tacitè à Sũmo Pontifice id ſciente, & tolerante, & hoc in beneficijs ad collationem Epiſcoporum,& inferiorũm collatis,nam in collatis ab eius Sanctitate eſt expreſſa diſpenſatio,cum exprimantur obtenta, vel dicendum poſſe etiam Epiſcopos diſpenſare, vt licèt quis plura beneficia obtineat,vnum tamen Officium tanquam vna perſona recitet, & ita eſt receptũ vniuerſali conſuetudine, quæ habet vim legis,nec eſt tenẽdum cũ Gabr.Pariſien.in tract.de coll.benef. qui cõtrariũ ſentit, quod etiã tenuit Dionyſ. Carthuſ.de plural.benef.art.1.

Notandũ tamen, ꝙ qui habet beneficiũ iniuſto titulo,& inualido,nõ tenetur ad Horas canonicas,niſi eſſet in ſacris,vel niſi ratione priuilegij, quo gauderet ob beneficium, tenetur tamen illud reſignare, & fructus malè perceptos reſtituere, quicquid dicant Nauarr. & alij loc. citat. aliàs eſſet in ſtatu peccati. Idem dic de habente plura beneficia inualidè ei collata.

Quæſitum VI.

SVMMARIVM.

1 *Habentes beneficium tenue, etiã ſi non ſufficiat ad vitæ ſubſtentationem, tenentur recitare Officium.*
2 *Habentes Cappellaniam à perſona eccleſiaſtica etiã tenẽtur.*
3 *Item obtinentes Prioratus, vel Abbatias quouis titulo.*
4 *Item Clerici ſeculares conſtituti in ſacris, Beneficiati, Religioſi, & Montales profeſſæ Choro deputatæ. Amplian. 5. 6. 7. 8. 9. 11. limita nu. 10.*

An habentes beneficium tenue teneantur recitare Officium, etſi non ſint in ſacris?

1 DIc, quòd ſic, & eſt communis opinio, etiam ſi beneficiũ ſit ita tenue, vt non ſufficiat eis ad vitæ ſubſtẽtationem, gl. in cap. cle. diſtinct. 91. Tabien. & Summiſt. omnes in verb. Hora. D. Anton. 3. p. tit. 13. cap. 4. §. 1. Nauarr. loc. cit. nu. 22. & in man. cap. 25. nu. 202. Quicquid dicat Sotus in 4. q. 5. art. 3. qui negat teneri, niſi beneficium excedat valorem ſex, ſeptẽ, vel octo ducatorum annuorum, quã ſententiã approbat Victoria, immò tenentur etiam ſi nullã perciperent vtilitatem beneficij, contra Sil. verb. Hora. §. 2. Et ratio quare teneãtur eſt, quia beneficium datur, vt Clericus per illud deputetur diuino cultui, nõ vt is ſubſtentetur, quod ſi non ſufficiet, ei imputetur, qui illud acceptauit cum onere recitandi Horas canonicas, & hæc eſt cõmunis ſententia, vt quis teneatur ad Horas canonicas ratione cuiuſcunque beneficij, quouis nomine nuncupati, ſiue ſit tenue, ſiue pingue, ſiue curatum, ſiue ſimplex, quod dicitur præſtimonium, vel præſtimoniale, ſiue habeat iuriſdictionem, ſiue nõ habeat, ſiue adminiſtrationẽ Eccleſię, ſiue non, ſiue ſit omnino ſimplex, & cũ nullo onere ſeruitij, nec requirat reſidẽtiam, Nau. de Hor. can. c. 21. num. 9. Sot. de iuſt. & iur. l b. 10. q. 5. art. 33. Et ratio eſt, quia beneficiũ quantumuis ſimplex Clericis tantùm confertur, & inter beneficia eccleſiaſtica numeratur, Nauar. in man. c. 25. nu. 122. & habetur in c. quoniam, de præbend. in 6. Similiter tenentur ad
2 Officium habentes beneficium, quod vocatur Cappellania collatiua, quæ de iure communi nõ datur niſi perſonæ eccleſiaſticæ à perſona eccleſiaſtica, & obtinens per ſe, vel per aliũ inſeruit.

Sed quando huiuſmodi Cappellania non datur à perſona eccleſiaſtica, ſecus eſſet, vide Nau. loc. cit. de Hor. can. c. 20. nu. 17.

3 Sed tenentur obtinentes Prioratus, vel Abbatias ſiue in titulum, ſiue in commẽdam, ſiue ad tem-

tempus, ſiue in perpetuum, cum iure percipiendi fructus, & adminiſtrãdi iuriſdictionem, ſi haberet, & hoc procedit etiã ſi non habuerit propriè titulum cum Officio proprio Superioris, Prioratus, vel Abbatiæ, vt Abbatis, vel Prioris, quia adhuc quo ad onus recitandi Officium dicũtur ſupranominata beneficia eccleſiaſtica. Idem dic de habente beneficiũ, quod dici ſolet manuale, quod eſt reuocabile ad nutum illius, qui contulit, & hoc non propriè ratione beneficij, ſed ratione talis Officij.

4 It hic ſciatur quatuor genera perſonarum ſub pœna peccati mortalis teneri ad recitationem diuini Officij. ſ. Clericos ſeculares conſtitutos in ſacris, Beneficiatos, Religioſos, & Moniales profeſſas Choro deputatas ex cõſuetudine, vel ſtatuto Religioſorum, Medin. de orat. q. 7. licèt Aliqui affirment, nõ teneri ex vi profeſſionis, cũ aliqui Religioſi profeſſi non teneantur, niſi cum ſacros Ordines ſuſcipiunt, Nau. in manua. c. 25. nu. 97.

5 Cum his tenentur etiã Monaci profeſſi, deputati ad Chorum, etiam ſi nõ eſſent in ſacris, & habitu derelicto, ſiue culpa eorum, ſiue ſpontè, vel cum habitu extra Monaſterium degant, Nau. c. 7. nu. 20. de Hor. canonicis, ſed non tenentur Nouitij Religionis, ſecũdum communem opinionem Nauar. loc. cit. Sil. in verb. Hora, q. 2. licèt Alij, vt Palud. in 4. ſentiant contrarium, ſed prima opinio eſt probabilior.

6 Tenentur etiam laici Religioſorum profeſſi recitare Officiũ diuinũ eis præſcriptum à regula Religionis, aut conſtitutione à Papa approbata, vt tot orationes Dominicas, & tot ſalutationes Angelicas loco Horarum canonicarũ, & omittentes peccant mortaliter, D. Antonin. 3. par. tit. 13. cap. 4 §. 6. Nauarr. c. 25. nu. 97. in manua. licèt Sotus, & Sil. teneant contrarium, ſed melior eſt ſententia D. Anton.

7 Tenentur etiam Religioſi profeſſi Militiæ S. Ioannis Hieroſolymitani, S. Iacobi de Spada, S. Stephani loco Horarum canonicarum dicere certum numerũ orationum Dominicalium, & omittentes peccant, iuxta eorum Militiæ inſtitutionem.

8 Tenentur ẽt Religioſi vtriuſq; ſexus Tertij ordinis, ſi habẽt modum viuendi religioſum, à Sede Apoſtolica approbatum, & ſi habent Officium determinatum, Tabien. verb. Hora, nu. 9. Felyn. in c. nullus, de for. compet.

9 Tenentur etiam penſionarij, ſi vt Clerici obtinent pẽſionem ſuper fructibus beneficiorũ eccleſiaſticorum, ſed ad Horas B. Virginis tantùm, & omittentes peccant mortaliter, & tenentur reſtituere pro rata ex Conſtitutione Pij V. Nau. in man. cap. 25. nu. 222. & 108.

Sed

10 Sed non tenentur qui non habent penſiones vt clerici, vt ſunt aliqui laici obtinẽtes pro aliquo facto in bello, vel alia occaſione, nam penſio poteſt etiam laicis concedi, c. poſſeſſiones, 16. q. 1. & q. 6. c. illud.

11 Et his adde teneri ad recitationem diuini officij eos, qui vt ſupra obligati ſunt, etiam ſi peregrinentur, & quò ad beneficiatos, etiam ſi per Vicariũ beneficio inſeruiãt, quia onus recitandi diuinũ officium eſt perſonale, & ſequitur perſonã, Immò tenẽtur etiam ſi non ipſi, ſed eorum conſanguinei percipiãt fructus beneficij, aliàs pecc. mort. Nau. c. 25. nu. 103. Et conſanguinei exigentes fructus beneficij, tenẽtur reſtituere beneficiato petẽti. Abb. in c. tua nos de teſtam. etiã ſi fuerint parẽtes beneficiati, quia pater beneficiati non habet vſumfructuum ſuper redditibus beneficij, qui ſunt peculiũ, quaſi caſtrenſe clerici, vide Affl. deciſ. 241. Secus ſi parentes eſſent pauperes, quia poſſent exigere, dummodo filij non eſſent in eadẽ neceſſitate, poſſent etiã parentes compenſare alimenta filio præſtita ſuper fructibus beneficij, Alex. conſ. 210. & Alij.

Quæſitum VII.

SVMMARIVM.

1 *Beneficiati, vel in ſacris conſtituti ſtatim obligantur ad recitationem diuini officij, & declaratur Concil. Lateran. ſeſſ. 6.*

2 *Coadiutor datus alicui Preſbytero ratione Coadiutoriæ, ſi non obligetur, tamen tenetur recitare diuinum officiũ propter defectum principalis, declara n. 3.*

An detur aliquod tempus beneficiato, vel in ſacris initiato ad recitandum Officium?

1 Dic, quod ſtatim obligatur ad recitandum diuinum Officium, aliàs peccat mortaliter, & tempus ſex menſiũ cõceſſum beneficiato à Cõc. Lateran. ſeſſ. 6. debet intelligi, quod excuſet beneficiatos à reſtitutione fructuum, non autem à peccato mortali, ita vt liceret per ſex menſes non recitare Officium, Nauar. c. 25. nu. 222.

2 Hic nota, Coadiutorem datũ alicui Preſbytero etiam ratione coadiutoriæ, ſi aliàs non obligetur, teneri ad recitationẽ diuini Officij propter defectum principalis, ſi ipſe ſuſcepiſſet totum onus Eccleſiæ, Medin. tract. 8. q. 7. de orat. In illis tamẽ diebus, in quibus ex ſuo officio tenetur publicè ſupplere in recitatione Horarum canonicarũ pro principali adiuto, & hoc ratione obligationis coadiutoriæ, Medin. vbi ſupra, præſuppoſito, quod coadiutus ſatisfacere non poſſit: ſed

in hoc eſt attendendus tenor co
3 adiutorię,nã ſi datus eſt Coadiutor,vt ſolummodo certis diebus feſtis coadiuuet beneficiatum in Officio perſoluendo,tunc in illis diebus tenetur, ſi verò eſt datus ſolummodo ad alia miniſteria Eccleſiæ, & non ad Horas canonicas,tunc ad illa tenetur,& non ad Horas canonicas.

Quæſitum VIII.

SVMMARIVM.

1 *Horæ canonicæ ſunt ſeptem, & declarantur per totum quæſitum.*

Quot ſunt Horæ canonicę?

1 DIc,quòd ſunt ſeptẽ, partim nocturnæ,& diſtinguuntur in tres nocturnas,& dicitur Matutinum cum Laudibus, aliqui etiã addunt Completoriũ, quod debet dici in crepuſculo,vel etiã poſtea, Io.And.in c.1.de celebr. Miſſ. Reliquæ verò ſunt diurnæ. Nocturnę ſignificãt tempus,quo humanum genus tenebatur obſeſſum à Diabolo, quo tempore antiqui Patres laudabãt Deum, & precabantur liberationem ſacrificijs, & oblationibus, & precibus obſcurè,& per myſterium ſignificantibus. Diurnæ verò ſignificant tempus gratiæ, cùm Chriſtus redemit nos, Archid. diſt.93.d.c.Præsbyter.

Et ſunt ſeptem,nec plures,nec pauciores, ita ab Eccleſia ordinatæ ad memorandum ſeptem horas, quibus Paſſio Chriſti cõpleta fuit, nam Matutinum ſignificat capturam Chriſti in tertia hora noctis, & omnia, quæ tunc illi contingerunt de nocte,vt apprehendi, ligari, à diſcipulis derelinqui, ad Pontifices adduci, accuſari de falſo,de blaſphemia iudicari,velari,conſpui,irrideri, cædi, & alijs.

Prima, quæ recitari debet diluculo, vt innuit hymnus, Iam lucis orto ſydere,ſignificat quando coram Pilato fuit accuſatus, & ab eo examinatus. Tertia ſignificat, quando fuit crucifixus vocibus Iudæorũ. Sexta,quando fuit præparata Crux pro eo crucifigendo, & quando fuit ſpoliatus,& in ea diſtentus,& cõfixus. Nona,quando fuit in Cruce eleuatus. Veſpere,quãdo poſt mortem fuit lancea percuſſus. Hinc Eccleſia in principio Veſperum vtitur Pſalmo, in quo fit mentio per ſeſſionem à dextris de Filio Dei, & de eius æqualitate cum Patre. Completoriũ ſignificat, quãdo fuit poſitus in ſepulchro.

Præterea ſeptenario numero voluit Eccleſia Horas canonicas comprehendi, quia ſatis myſterioſus hic numerus eſt in ſacra Scriptura, nam ſeptem diebus mundus creatus eſt, ſeptem Sacramentis Eccleſia ex ſanguine Chriſti recreatus eſt,ſeptẽ donis

Spi-

Spiritus ſancti illuminatus, ſeptē petitionibus, vt à Domino neceſſaria ſibi quo ad ſpiritualem, & temporalem vitam petat inſtructus, præterea ſeptem ſunt mundi ætates, & ita ſeptem horis paſſio Chriſti completa eſt.

Quæſitum IX.

SVMMARIVM.

1 *Habens Prioratum, vel Abbatiam in titulum, vel commendam cum perceptione fructuum, tenetur ad recitationem diuini Officij.*

2 *Renuncians beneficium, reſeruatis ſibi omnibus fructibus, etiam tenetur. Limita nu.3.*

4 *Habens Canonicatum, & præbendam, ſi de vno tantum percipit fructus, etiam tenetur.*

5 *Item abſens cauſa ſtudij. Amplia nu.6.*

An teneatur ad Horas canonicas habens Prioratum, vel Abbatiam in commendam cum perceptione fructuum?

1 DIc, quod ſic, etiam ſi non habet titulum, & eo magis ſi habet etiam titulum, quia eſt beneficium vtroque modo, cap.
2 nemo, de elect. in 6. Sicut tenetur etiam qui renunciat beneficiū, reſeruatis ſibi omnibus fructibus, & hoc authoritate Sedis Apoſtolicæ, ſicut etiam tenetur, qui nudum titulum habet, dummodo ſpontè, & non coactè acceptauit reſignationem, Nau. de Hor. canonic. c.7. nu.30. & ratio eſt, quia ſponte ſibi onus impoſuit, & licèt nō percipiat fructus modò viuente, & nunciante, percipiet poſt eius mortē, interim habet titulū, & ius in beneficiū, & hoc procedit, dummodo titulari ſit liberū inſeruire Eccleſiæ ei reſignatæ, & pro ſeruitio aliqua pars fructuum in ſingulos annos aſſignata ſit, nam aliàs nō teneretur, niſi poſt mortem reſignantis, cum fructus percipiet.

3 Similiter nō teneretur ad Horas canonicas, qui coactus acceptauit beneficiū ſine fructibus, ſicut etiā non teneretur quicunque, qui licet obtinuerit beneficium, & poſſeſſionem, tamē ſine eius culpa non poteſt percipere vllos fructus, nec per eum ſtat percipere, Nauarr. de Hor. can. c.9. nu.28. Caiet. & Alij in verb. Hora.

4 Sed teneretur qui habens Canonicatum, & Præbendam, tantūmodo perciperet fructus Canonicatus, & non poſſet percipere fructus præbendæ, vel aliorum beneficiorum, vel eius culpa amittit.

5 Nec excuſaretur ab Horis canonicis, qui abeſt cauſa ſtudij, etiam ſi de licentia ſuperioris, & per alium inſeruit beneficio, & ratio eſt, quia, vt dictum eſt,

hoc onus eſt perſonale, & non poteſt per alium portari, vt cõmunis eſt ſententia, & præcipuè D. Anton. 3. p. tit. 13. c. 4. §. 1.

6 Hinc ſequitur teneri etiam nouos Canonicos, ſeu beneficiatos, qui iuxta Eccleſiæ conſuetudinem, aut ſtatuta, vel priuilegia, vt in primo, vel ſecundo anno nullus fructus percipiant quia conuertuntur in vſum fabricæ Eccleſiæ, aut alium vſum applicati ſunt, quia ſunt verè beneficiati, fructus poſtea percepturi. Licet huiuſmodi priuilegia, & ſtatuta moderatus ſit Ioan. Papa 22. in extrauag. quadam, quæ incipit: Suſcepti regiminis, de ſede vacante, vt detur etiam portio, vel dimidia pars, vbi ſunt ſtatuta huiuſmodi, vel conſuetudo.

Quæſitum X.

SVMMARIVM.

1 *Beneficiatus, an teneatur dicere Officium ſtatim poſt collationem, etiam non capta poſſeſſione. Adducuntur multæ opiniones.*

2 *Poſſidens beneficium nulliter, non tenetur recitare Officiũ. Item nec intruſus nu. 3. Item nec Subdiaconus diſpenſatus ad ducendum vxorem. num. 4. Item nec qui non eſt adeptus poſſeſſionem beneficij, num. 5. Item nec cæcus. nu. 6. Item nec aliqui alij. nu. 7. 8.*

An beneficiatus teneatur dicere Officium ſtatim poſt collationem, etiam non capta poſſeſſione?

1 Dic, quòd alij dicunt non teneri antè poſſeſſionẽ pacificam, vel ante illud tempus, quo per eum ſtat, quo minus apprehenderit illam, Palud. 4. diſt. 15. q. 5. art. 1. & alij ſubſcribunt huic ſententiæ, aliqui dicunt hũc beneficiatum teneri poſt collationem factam, & ab eo acceptatam, quia erat abſens, Nau. c. 7. nu. 29. de Hor. can. & tunc tenetur à die, qua conſentit collationi in eius perſonam factę, etiam ante poſſeſſionem.

Sed in hoc propoſito collationem non intelligas præſentationẽ in beneficio iuriſpatronatus, vel electionem, quia poſt hanc requiritur inſtitutio, aut confirmatio Superioris, quæ eſt loco collationis, & hoc procedit etiã ſi per eum ſtat, quo minus poſtea acquiret poſſeſſionẽ, & ratio eſt, quia per ſolam collationem acceptatam, acquiritur plenũ ius in beneficio. Hinc ſi tunc moreretur ſic beneficiatus ante poſſeſſionem, beneficium diceretur vacare. Aliqui dicunt non teneri ante captam beneficij poſſeſſionem, & ita probant per Nauarr. lib. 3. de celebr. Miſſ. conſ. 14. & ita eſſe in praxi Pariſ. de reſig. benef. q. 9. num. 23. ſed Nauarr. oppoſitum dicit de Hor. can.

Nota

Nota hic, quod regulariter tenetur recitare Officium, qui obtinet beneficium, vel conſtitutus
2 in ſacris. Limita in eo, qui poſſidet beneficium nulliter, Sayr. deciſ. 10. de ætat. & qualit. quia
3 æquiparatur intruſo, qui nec tenetur, ſecundum Fab. in dec. 40.
4 C. de Epiſ. & cler. Limita in Subdiacono diſpenſato ad ducendũ vxorem, idem deciſ. 20. de celeb.
5 Miſſar. Limita in eo, qui non eſt adeptus poſſeſſionem beneficij, idẽ Sayr. deciſ. 14. de celeb. Miſſ.
6 Limita in cœco, Balb. deciſ. 523. p. 3. & Sayr. loc. citat. deciſ. 15.
7 Limita in militibus, religioſis, penſionarijs, qui nec tenentur
8 recitare Officiũ B.M.V. Limita in obtinente beneficium, cuius fructus fuerunt ſequeſtrati, vel quod eſt litigioſum, Balb. deciſ. 22. p. 1. Intellige, ſi timet fouere malam cauſam, nec ſperat fructus in futurum.

Quæſitum XI.

SVMMARIVM.

1 *Quæſitum reſoluitur cum diſtinctione.*

An teneantur ad Officium, qui prętendunt ad beneficium litigioſum, et fructus ſunt ſequeſtrati per Iudicem?

1 DIc diſtinguendo, quòd ille, qui obtinuit beneficiũ litigioſum, ſi certè, vel probabiliter credit ſe obtenturum victoriam litis, tenetur recitare, quia habet titulum, & ſperat fructus, ſed ſi timet ſe foueri malam cauſam, & quod priuabitur, non tenetur, ſi verò dubius eſt, ſi eſt in poſſeſſione tenetur, quia ipſe potior eſt altero collitigante, quia eſt in poſſeſsione. Si verò neuter ſit in poſſeſsione, tutius eſt, vt vterque recitet, quia in dubio tutior via eſt eligenda ad euitandum periculum peccandi.

Quæſitum XII.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio recitandi Horas canonicas eſt partim de iure diuino, et partim de iure poſitiuo, declara nu. 2.*

3 *Condemnati ad triremes, vel ad carceres, vel ad aliam pœnam corporalem, vel ſpiritualem adhuc tenentur recitare Officium.*

Quo iure mandetur recitari diuinum officium, poſitiuo, vel diuino, et quo iure Religioſi teneantur ad illud?

1 DIc, quòd obligatio recitandi Horas Canonicas eſt partim de iure diuino, quia perſona Deo dicata debet de iure diuino perſoluere Deo ſacrificiũ lau-

laudis, & orare pro populo, de cuius bonis ſubſtentatur, c. cum ſecundum, de præbend. Partim verò eſt de iure poſitiuo, vt dicatur illo, vel illo modo, in tali, aut tali tẽpore, & hora, vel loco, &c. & vt dicatur tale Officium, vel aliud, itaque debet perſona eccleſiaſtica obligata ad Horas, illas recitare, prout ei præſcribit Eccleſia.

2 Quo verò ad Religioſos, ſi vi religionis, vel quod ſunt Choro deputati, aliqui dixerunt teneri de iure diuino eo ipſo, quod ſunt totaliter diuino cultui addicti, & ſubſtentantur redditibus eccleſiaſticis, & Monaſterij, Aug. de Ancon. de poteſt. Eccl. Tabien. ver. Hora, nu. 20. Palud. 4. diſt. 15. q. 5. art. 1. Aliqui dixerunt obligari iure eccleſiaſtico eo ipſo, quod Pontifex eos approbauit, vt eſſent deputati ad Chorum, & profeſſi. D. Antonin. 3. p. tit. 3. c. 4. §. 5. Sot. lib. 10. de iuſt. & iur. q. 5. art. 3. Nauarr. c. 7. num. 4. de Hor. can. Aliqui dixerunt eos teneri ex ſola conſuetudine recepta in Religionibus approbatis, quæ habet vim legis, & obligat ad mortale nõ omnes profeſſos, ſed illos tantùm, qui iuxta Religionis inſtitutum ſunt deputati ad Chorũ, & hos teneri recitare ſub mortale, & non alios, etiam profeſſos, qui ſunt deſtinati ad alia miniſteria Religionis, ſecundum eius inſtitutum, vt ad legendum, vel prædicandum, & alia, vel ad militiam, vt ſunt Equites Sancti Ioannis Ieroſolymitani. Eadem ratione dicas teneri ad Horas etiam Moniales profeſſas ad Chorum deſtinatas ex eadem conſuetudine, Nauarr. loc. cit. nu. 21. Tabien. nu. 7.

Et hic nota, quod ſi aliquis deſtinatus ad Chorũ, qui non eſſet in ſacris, de licentia ſui Superioris redigeretur in ordinem conuerſorum, & fieret extra ſtatum priorem, nõ teneretur ad Horas canonicas, quia ceſſauit obligatio ex deputatione ad Chorum, ob mutationem ſtatus.

3 Et nota hic, quòd condemnati ad triremes, vel ad carceres, vel ad aliã pœnam corporalem, vel etiam aliquam pœnam ſpiritualem, adhuc tenentur recitare, ſic etiam depoſiti, & degradati.

Quæſitum XIII.

SVMMARIVM.

1 *Omittens recitare totum Officium, vel partem notabilem, puta vnam horam, vel plures, peccat mortaliter. declara nu. 4. 5.*

2 *Omittens recitare Matutinum ex obliuione poteſt recitare ante mediam noctem diei ſequentis.*

3 *Omittens recitare horas Canonicas committit vnum peccatum mortale, non ſeptem.*

Quod

Quod peccatum committatur in omiſſione Horarum canonicarum, et quot modis?

1 DIc, ꝙ eſt communis opinio peccari mortaliter omittere totum Officium, vel partem notabilem eius, puta vnā Horā, vel plures (niſi haberet animum adimplendi eadem die) ſine cauſa legitima, vel ex negligentia notabili, aut ex induſtria, etiam citra ſcandalum, & contemptū, licet Angel. in verb. Hora, nu. 10. & Riccard. in 4. ſent. tenuerint non eſſe pecc. mor. omittere etiā ex induſtria, & negligentia culpabili, niſi adſit contemptus, & ſcandalum aliorum, ſed tenendum eſt cum communi.

2 Hinc ſequitur omittentem Horas canonicas, & præſertim Matutinas, peccare mortaliter, & ſi ex obliuione, poteſt ſi recordatur infra tempus, quo in illa die obligatur, recitare, quod eſt à principio diei, vel à media nocte diei, vſque ad aliam mediam noctem ſequētem, ſed tranſacto hoc termino, non tenetur quis ſequenti die ſupplere, quia obligatio recitandi eſt onus diurnū, quod non transfertur in aliū diē, atque ita, qui ex induſtria, vel ex obliuione culpabili, ſeu inculpabili omiſiſſet, ſi eſt intra tempus diei poteſt ſupplere, immò poteſt recitare Matutinum cum Laudibus in die præcedenti poſt Completorium, & hoc eſt laudabilius, quàm poſtponere, ſed rationabilius eſt recitare hora competenti.

3 Hic ſciatur, qui omiſit omnes Horas canonicas non ſeptē peccata commiſiſſe, ſed vnum, etiā ſi ex induſtria, vel negligentia culpabili, ita etiam ſi omitteret vnam Horam, vel plures ſimul, vnum peccatum committeret, & eſt communis ſententia cōtra Tabienam tenētem committere tot peccata, quot Horæ omittuntur, ver. Hora, §. 18. & quare cōmittatur vnū peccatum eſt, quia vnum præceptū omittens tranſgreditur, ſed grauiùs peccat, qui omnes Horas, vel qui plures omittit, quàm qui vnam. Poſset tamen quis in omiſsione Horarum canonicarum plura peccata committere, cùm proponit dicere, v.g. Matutinū, & omittere Primam, & deinde proponit non dicere Primam, nec dicit, & omittere Tertiam, & omittit, & ſic de alijs, tunc tot peccata cōmittit, quot Horas ſeparatim omittere proponit, & conſentit, intellige interruptis actibus, & mediante mora. Ita eſt, qui in pluribus diebus omitteret omnes Horas, plura peccata cōmitteret, quot ſunt dies, quibus prætermiſſum eſt Officium, & hæc peccata vocantur peccata omiſſionis, quando quis ſine actu expreſſo volūtatis omittit Officiū, ſed quando actu expreſſo voluntatis proponit nō recitare, tūc cōmittit peccatum com-

commiſsionis, quod idē eſt numero, cum peccato omiſsionis, contra Silu. in verb. Hora, q. 12. & Nauar. loc. cit. nu. 6. & 7. qui dicunt in hoc caſu eſſe diſtinctū peccatum omiſsionis à peccato commiſſionis, itaque tunc tot peccata committūtur, quot Horas ſeparatim diuerſis actibus interruptis, mediāte mora, quis proponit omittere, & omittit, nā in vnoquoque actu tota malitia peccati completur circa transgreſſionem præcepti de recitandis Horis canonicis.

4 Et quoniam ſupra dictum eſt peccare mortaliter eū, qui omitteret partem notabilē, per partem notabilem quò ad omnes Horas intellige vnam, vel plures Horas. Sed in Horis maioribus, vt in Matutino, & Laudibus, & Veſperis, pars notabilis eſſet quarta, vel quinta pars cuiuſcūque Horæ, & nō minor, vt omiſſio longi pſalmi, vel lectionum, ſed omittere partem aliquam minorem, vt Capitulum, Commemorationem, Verſiculum, Reſponſorium, pſalmum breuem, lectionem breuem, & ſimil. peccaret venialiter.

5 In Horis verò breuioribus, vt Prima, Tertia, Sexta, Nona, & Cōpletorium, pars notabilis eſſet tertia pars cuiuſcunque Horæ, & ſciatur omittentem partem notabilem, vel aliquam Horam teneri infra illum diem ſupplere, aliàs continuat peccatum mort. ſed ſi non ſuppleret aliquā partem leuem, peccaret venialiter. Videndus Azor. in ſumm.

Quæſitum XIV.

SVMMARIVM.

1 *Recitans Officium ſolus, vel cum alio ita velociter, vt nō poſſit percipere verbum, uel eius ſenſum, non ſatisfacit.*

2 *Recitans Officium in Choro, ita ſubmiſsè, vt ipſe ſolus partem ſuam audiat, & ab alijs non audiatur, non ſatisfacit præcepto, quo tenetur.*

3 *Diuinum Officium dum recitatur, ſi notabili temporis interuallo interrumpatur, peccatum committitur, & interruptio quot modis poteſt contingere. nu. 4.*

5 *Matutinum poteſt terminari ad Laudes ex quacunque iuſta cauſa, intellige nu. 6.*

An ſatisfaciat præcepto, qui ſiue ſolus, ſiue cum ſocio malè recitat?

1 Dic, quòd ſi quis, ſiue ſolus, ſiue cum ſocio, ſiue cantu, ſiue ſubmiſſa voce ita velociter recitat, ſiue totum, ſiue partem diuini officij, vt alter incipiat, antequàm ipſe finiat, vel ita confuſè, vt recitans, etiam ſi velit, non poſſit percipere verba, vel eorum ſenſum, vel ſi diglu-

gl utiendo,ſyncopando,corrumpendo verba, aut male pronunciando,vt nec ab alio,nec à ſe ipſo audiri, vel percipi verba poſſint, tunc non ſatisfit præcepto, ſimiliter ſi inter recitandũ immiſceantur opera vana, vel verba vana extranea, vel impertinentia. Idem,ſi dum Officium ab alijs recitatur in Choro, ipſe dormit per notabilem partem, vel ad alia volens,intendit,& remedium eſt,qui ita defecit,intra diem repetere,alias peccat mor. Nauarr.c.10.nu.9. de Hor. can. & Alij. Itaque videat, qui cum alio recitat, vt ille bene recitet, aliter nec ipſe ſatisfacit.

2 Similiter, qui in Choro ita ſubmiſsè recitat partem ſuam, vt ipſe ſolus eam audiat, & ab alijs non auditur, non ſatisfacit præcepto, quo tenetur publicè cum alijs cõmunicando in Choro pſallere, Nauar.c.10. nu.47. de Hor.canon. Caiet.verb.hora, §.vlt. Et hoc intellige in Choro, nam extra Chorum,ſi ita recitauerit,ſatisfaciet præcepto de recitãdo, ſed nõ facit fructus ſuos, quò ad diſtributiones Choro intereſsẽtibus aſſignatas. Licet Tabien.dicat recitantem antedicto modo ſubmiſſa voce ſatisfacere præcepto, ſi pars, quæ ab ipſo ſubmiſsè recitatur, pronũcietur ab alijs, ita vt in Choro ab alijs ex altera parte audiri poſſit, & ita dicetur etiam communicare cum alijs, verb.hora, §.36. Sed non placet hæc ſententia, quia poſſet dari caſus, vt omnes ſubmiſſa voce dicerent, vel maior pars, & ita diuinum Officium non diceretur publicè recitari à maiori parte Canonicorum, vel Choro deputatorum.

3 Et hic nota,dum diuinũ Officium recitatur, ſi interrũpatur notabili tẽporis interuallo,peccatum committi, nam hoc eſt prohibitum,c.nihil, & c.illud, 7. q.2. & in Clemen.1. de celebr. Miſſ. Nauar. de Hor. can. c.26. nu.64. & ſeqq.D.Anton.2.p.tit. 9.c.12.§.3.

4 Et hæc interruptio tribus modis poteſt contingere, vel quando poſt inceptam horam aliquis breui ſpatio vacet à recitatione, ſiue illo intermedio nil operetur,aut dicat, vel faciat aliquod licitum,vel illicitũ,& hoc modo non dicitur interruptum Officium,quia modica interruptio, quæ non vitiat actum, dummodo deinde intermiſſum cõpleat. Vel ſi poſt inceptam horam abſque cauſa legitima,quis notabili temporis ſpatio vacet à recitando,& deinde compleat,vt ſi quis incipiat Horam veſpertinam,& deinde volens,alijs intendat, hic peccat mort. cõtra præceptum de integrè, & ſine interruptione recitando,& tenetur illam Horã repetere,& ratio eſt, quia interruptio illa inter vnam partẽ Horæ,& alterã,notabilis,facit (moraliter loquendo) vt illa Hora nõ

ſit vnum quodam, quod eſt contra præceptum Eccleſiæ, vt Officium ſit vnum, nec ſufficeret repetere partem vnam omiſſam, nam vtraque pars malè fuit recitata, ſed ſi vnam partem qu's benè recitauit, & alteram malè, poterit repetere quam malè recitauit. Vel interruptio ſiue breuis, ſiue longa poteſt eſſe ex iuſta cauſa, vt pro neceſsitate, quæ nõ præuidebatur corporali, vel ſpirituali, & hæc excuſat à peccato mortali, & veniali, Nauar. de Hor. can. c. 16. nu. 66. & ſeqq. Licèt aliter ſentiant Ledeſma, & Medina, ſed malè, nam & in Miſſa, vbi maior continuatio, & integritas requiritur, aliquãdo ex iuſta cauſa fit interruptio, vt patet ex conſuetudine, in concionando poſt Euangelium, quo tẽpore interponitur aliquãdo ſpatium vnius Horæ, vel aliquando duarum, Nauar. c. 3. nu. 6. de hor. canonicis.

5 Notandum tamen hiç, quod ex quacunque iuſta cauſa poteſt terminari Matutinũ ad Laudes, ſiue dicatur in ipſo die, ſiue de nocte, ſiue de ſero diei præcedentis, & tũc Laudes poſſunt dici die ſequenti, & hunc vſum teſtatur Nau. eſſe in quibuſquam ſtrictis Religionibus, & ita obſeruatum in primitiua Eccleſia. Et cũ etiã abſque cauſa terminatur Officiũ ad Laudes, non eſt niſi veniale, licèt aliter habeat Eccleſię conſuetudo, ſcilicet, vt poſt Matutinum immediatè recitentur Laudes, & ratio eſt, quia Matutinum nõ diſtinguitur à Laudibus, ſicut pars vnius Horę ab altera parte ipſius Horę, ſed vt pars principalis Officij ab alia parte, quæ partes ſe habent quodãmodo, vt diuerſas, & diſtinctas, quia diſtincta habẽt principia, diſtinctos fines, & diſtinctos hymnos, nec Matutinũ, & Laudes dicuntur pertinere ad vnam Horam, niſi ex Eccleſiæ conſuetudine.

6 Et quando terminatur Matutinũ ad Laudes, debet terminari ſicut & aliç Horæ, videlicet dicto Pater noſter, & Antiphona ad Virginem, & quando reaſſumuntur Laudes, debet præmitti Pater noſter, & Aue Maria, vt fit in principio aliarum horarum, Nauarr. c. 3. nu. 14. & ratio eſt, quia cùm Laudes ſint hora diſtincta à Laudibus, debet ſicut & aliæ horæ ipſum Matutinum terminari. Licet alij ſentiant Matutinum, & Laudes eſſe vnam horam, & per conſequens Matutinum eſſe terminandum nõ niſi per, Te Deum laudamus, vel per vltimũ reſponſorium, & per vnicam orarionẽ, Laudes verò terminari per Pater noſter, & alias Antiphonas, & in eius inchoatione præmitti debere Pater noſter, & Aue Maria.

Nota hic, quòd qui recitat vel in Choro, vel cũ alio, tenetur attẽdere, & intẽdere ad partẽ ſocij ea intentione, & attentione ac ſi diceret ſolus, D. Anton. . .

Quæſitum XV.

SVMMARIVM.

1 *Obligatus ad recitandum officium diuinum, tenetur ſub peccato mortali recitare officium B.M. Defunctorum, & ſeptem Pſalmos cum Litanijs in diebus, quibus in Breuiario annotatur. declara nu.2.*

3 *In recitatione diuini officij in Choro, debet ſeruari regula Breuiarij.*

4 *Inuertere ordinem in recitatione diuini officij citrà contemptum, & ſcandalum aliorum, eſt peccatum veniale. Redditur ratio num.5.*

6 *Genuflexiones, quæ præcipiuntur in precibus, & alijs obligant præcipuè in Choro, ſed non extra.*

An obligatus ad recitãdum diuinum Officium teneatur etiam ad Officium Beatiſſimę Marię in illis diebus, quibus in Breuiario notatur, aut ſi eſt ex conſuetudine, vt eſt in Eccleſia Beneuentana?

1 DIc, quòd tenetur ſub mortali recitare etiam Officiũ B.Mariæ, Defunctorum, & ſeptẽ Pſalmos, cum Litanijs in diebus, quibus in Breuiario annotatur, aut vbi eſt ex ordinatione, vel conſuetudine Eccleſię Matricis, quæ conſuetudo ſit approbata, & recepta tanquam lex obligans ad mortale, & non alio modo.

2 Sed hoc procedebat antiquitus ante reformationem Breuiarij Romani iuſſu Pij V. editi, nam poſtea non obligatur quis ad ſupradicta priuatim recitanda, ne quidẽ ſub veniali in diebus præſcriptis in Breuiario, vt patet, quia Pontifex ibi hortatur, ſed excipit Officium Defunctorum in die vniuerſalis Commemorationis, quo die obligatus ad recitandum diuinum Officium, tenetur etiã ad Officium mortuorũ, incipiens à Veſperis diei pręcedentis, terminaturus ad Laudes, & non vltra. Excipit etiam Litanias maiores, & minores in eorum diebus, in quibus obligati ad recitandum diuinum Officium, ſi non interfuerunt Litanijs, tenentur priuatim eas dicere.

3 Sed in Choro debet ſeruari regula Breuiarij, vt recitetur etiã Officiũ B. Virginis, & defunctorum, & alia, prout idem Põtifex in eadem Cõſtitutione declarauit, & debet quis in Choro ſequi Eccleſiæ cõſuetudinem receptã, & approbatam, quæ habet vim legis, & obligat ad mortale, aliàs non recepta non obligaret ad mortale.

4 Et hic nota, quod inuertere ordinẽ in recitatione diuini Officij ſine cauſa extra Chorũ, ſi fiat citra contemptum, & ſcandalum alio-

aliorum etiam ſcienter, vel ex culpabili incuria, vel ad libitum, & ſine cauſa, non erit niſi peccatum veniale, quamuis graue, vt recitare Tertiam ante Primam, & ſic de alijs, & ideo ſic recitãtes non tenentur repetere, ſed tantũ ſupplere quod peruerterunt, Nauarr. c.3. num.54. 62. & ſeqq. & c.21. num.30. de Hor. can. Sot. de iuſtitia, & iur. q.5. art.4. & Alij.

5 Et quare non ſit mortale, ratio eſt, quia mortale eſſet facere contra ſubſtantiam præcepti de recitando Officio, vt eſſet recitare integrè, non autem facere cõtra accidentalia, vt eſt recitare debito ordine, quo ſunt in Breuiario diſpoſitæ Horæ canonicæ, nam hoc cum ſit leuis materia non obligat ad mortale, niſi adſit cõtemptus, vel ſcandalum, & quod ita ſit, videmus in Choro ſine vlla culpa id obſeruari, vt ſi ſuperueniat Canonicus dum vna hora cantatur, debet ſe conformare Choro, & deinde repetere horam, quæ præcedit, & ſic de alijs. Immò ſi quis ex inculpabili obliuione recitaſſet vnam horam, non recitato prius præcedenti, vbi id meminit intra terminum diei, poteſt repetere quod omiſerat, & ſatisfacit.

6 Nota, genuflexiones, quæ præcipiuntur in precibus, & alijs, obligare præcipuè in Choro, ſed non extra illum, Comitolus in ſuo tract.

Quæſitum XVI.

SVMMARIVM.

1 *Miſſa non poteſt celebrari, non recitato Matutino cum Laudibus, & eſt peccatum mortale facere id ad libitum, & ſine iuſta cauſa, & adducuntur diuerſæ opiniones.*

An poſſit celebrari Miſſa, non recitato Matutino cum Laudibus?

1 DIc, quod non, & eſt peccatũ mort. facere id ad libitũ, & ſine iuſta cauſa, & eſt communis ſententia, & tenenda D. Anton. 3. p. tit. 13. c.6. §.4. Roſell. verb. Miſſa num.4. & Summiſtæ eod. verb. Nauar. loc. cit. c.3. nu. 68. & ſeqq. & c.21. nu.38. Licèt aliqui dicant id poſſe fieri ad libitum, etiam ſine iuſta cauſa, & nõ eſſe, niſi veniale, immò nec veniale, vbi interuenit iuſta cauſa, Silu. verb. Miſſa 1. q.6. d.4. Sot. de iuſt. & iur. q.5. art.3. & 4. ſent. diſt.3. q.2. art.2. Et hanc opinionem videtur etiam tuere Bellarminius, nunc Illuſtriſſimus, & Reuerendiſs. Cardinalis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ doctiſſimus, tom.3. controu.3. de bonis operibus, c.18. & ita dicit ſeruari in Hiſpania, quamobrem poſſet ibi Sacerdos ſequi ſine peccato Prouinciæ conſuetudinem toleratam, & eò magis, quod non

adeſt Eccleſię conſtitutio, vel ius ad id particulariter obligans. Sed primam ſententiam approbãt Rubricæ Breuiarij Romani, in principio, & in titulo de defectibus Miſſæ, & ita habet conſuetudo antiquiſſima in Eccleſia, vt non prius Miſſa celebretur, niſi recitato Matutino cũ Laudibus, quæ conſuetudo habet vim legis ad obligandum ad mortale, vt cõmuniter ſentiũt DD. ſed videat, quam opinionem probabiliter tenet, & tuta conſcientia poſtea facere poteſt, vt ſupra.

De prima dic non eſſe mortale, ſiue publicè, ſiue priuatè, niſi tamẽ in Miſſa maiori ex Eccleſiæ conſuetudine bene obſeruata, quia tunc eſſet peccatum, licèt Ang. poſt Hoſt. putet, celebrare Miſſam in Eccleſia, non recitata Prima eſſe mortale, ſed prima opinio eſt communis.

Sed vbi eſſet conſtitutio particularis alicuius Eccleſiæ recepta, & obſeruata, vt eſt in Metropolitana Eccleſia Beneuentana ex Synodo Diœceſana ſub Iacobo Cardinali ex clariſſima Sabellorum proſapia, Archiepiſcopo olim Beneuenti, de cuius nobilitate vide quæ compilaui in Epiſtola dedicatoria, in tractatu noſtro de ſtatu animarum, vt Miſſa non celebretur ante recitatam Primam, ita deberet obſeruari, aliàs ſi ſine iuſta cauſa fieret, dicerem eſſe peccatum. Sed in caſu neceſſitatis poteſt nõ ſolum ſine mortali, ſed etiam ſine veniali celebrari ante Primam, vt ad euitandum ſcandalum, vel pro communicando infirmo, & ſimil.

Quæſitum XVII.

SVMMARIVM.

1 *Recitare diuinum Officium ad libitum eſt peccatũ mortale, & hoc poſt reformationem Breuiarij Romani.*

2 *Recitans diuinum Officiũ mente, vel meditando, non ſatisfacit præcepto.*

3 *Officium debet exprimi per verba articulata.*

4 *Exiſtens in peccato mortali, ſi integrè, & attentè recitet, ſatisfacit præcepto.*

An eſſet peccatum recitare Officium ad libitum, non ſeruando formam Breuiarij Romani, vel recitando de Sancto, cum recitandum eſt de feria, et è contra, vel non ſeruando formam Matricis Eccleſię ſuæ, ſed conformando ſe ritui, et conſuetudini alterius Epiſcopatus?

1 DIc reſolutè, quòd hodie poſt reformationem Breuiarij id facere, eſſet peccatũ mortale, tam publicè, quàm priuatim. ſ. recitando ſecundum formam alte-

alterius Breuiarij, & non illius reformati, exceptis tamen illis, quos Bulla Pij V. excipit, nempe qui recitant in Breuiario approbato ab Eccleſia, vel de conſuetudine ab eadem recepta per ducentos annos.

Ante reformationē Breuiarij multi tenebant nō eſſe mortale, vt Nauar. in man. cap. 25. nu. 12. D. Antonin. 2. p. tit. 9. c. 13. §. 3. Card. in cap. cùm de his, 12. diſt. Nunc autē non licet nec de raro, nec etiā ſemel, nec publicè, nec priuatè, quod aliqui tenebant poſſe fieri de raro, & extra ſolēnitates Eccleſiæ. Immo etiam ſi ad libitum, etiam ſine cauſa, non eſſe niſi veniale, citra tamen contemptum, & ſcandalum, Sot. de iuſtitia, & iur. lib. 10. q. 5. art. 4. Tabien. in verb. hora, §. 10. Silu. §. 12. Caiet. §. 2. & quos alios idē ſentientes reperies, dicas eorum ſententiam habuiſſe locum ante reformationem Breuiarij.

Quò verò ad recitationem de Sancto, cum ſit dicendū de feria, vel de vna feria, cùm ſit dicēdum de altera, ſi id fiat priuatim, & de raro, vt ſemel in menſe, aut ter, vel quater in anno, extra tamen celebres Eccleſiæ ſolēnitates, vt Paſquæ, Pentecoſtes, Corporis Chriſti, Aſſumptionis B. Mariæ, Omniū Sanctorum, & Sāctiſſimi Natalis, ſi ſine cauſa fiat, eſſet veniale, citra tamen contemptum, & ſcādalum, ſed ſi cū contemptu Eccleſiæ, vel ſcandalo, vel recitādo publicè, vel frequenter, vel in antedictis ſolemnitatibus, eſſet mortale, ſecus ſi ex cauſa legitima priuatim, vel publicè, vt in Concionatore, qui neceſſe habet præparare ſe, vel ſi ex obliuione non culpabili quis recitaſſet vnū Officium pro alio, etiam publicè, tunc non eſſet nec veniale.

2 Nic nota non ſatisfacere præcepto, qui recitat mente, vel meditando, etiam ſi parùm moueat labia, vel dentes, vel percurrendo oculis, nā debet diſtinctè recitare, proferēdo dictiones, verba, & ſyllabas, non tamen eſt neceſſe vt alta voce recitet, ita vt à circumſtantibus audiatur, Nauarr. loc. cit. c. 20. nu. 14. Medin. C. de oratione q. de neceſſ. vocal. oratī.

3 Et quod Officium debeat exprimi per verba articulata, ratio eſt, quia debet eſſe opus exterius, & ſic non ſufficeret, vt quis mēte reuolueret, vel meditaretur, nil exterius exprimendo, vel ita leuiter mouendo labia, vel dentes, vt vox ſignificans non formetur; ſufficit tamen ſi recitans formet verba, & labijs etiā voce valde ſubmiſſa, vt poſſit ipſemet diſtinctè audire, niſi tamen ob impedimentum ſurditatis, vel alio impediretur, & tunc ei ſufficit, vt pronunciatio ita ſit articulata, ut oratio uocalis, & exterior dici poſsit, & nō mentalis, D. Ant. 3. p. tit. 13. c. 4. §. 7.

4 Nota etiam, exiſtentem in peccato mortali ſatisfacere pręcepto,

cepto,ſi integrè, & attentè recitet;ſed nullam acquirere gratiã, immo poſſe etiã peccare ratione finis,vt ſi propter vanam gloriam, aut alium finẽ mortalem, Sot.de iuſt. & iure, loc.cit. q.5. art.5. Medin. de orat.q. de modo,quibus oratio depra.ſolet.

Quæſitum XVIII.

SVMMARIVM.

1 *Officium diuinum debet recitari intra diem naturalem, & competentibus horis.Quid obſeruabatur antiquitus. nu.2.*

3 *Horæ competentes in recitatione diuini officij declarantur.*

4 *In recitatione diuini Officij requiſita.*

5 *Recitans diuinum Officium per alios non lucratur diſtributiones quotidianas.*

6 *Vacantiæ vnius menſis,vel plurium, vt abſentes poſſint percipere diſtributiones quotidianas ſunt ſublatæ.*

7 *Canonicus debet eſſe in Eccleſia à principio Officij.*

Quo tempore, et loco debent recitari Horę canonicę?

1 DIc, quo ad tempus, quod debẽt recitari intra diem naturalem.ſ.à media nocte præcedenti diem, vſque ad mediam noctem ſequẽtis diei,& eſt communis opinio, & debent Horæ recitari competentibus horis. Refert de quodam Heremita Io.Andreas,& poſt eum Abbas, quod Heremitæ Angelus portabat aliquando vuas bonas, aliquando vuas marcidas,aliquãdo acerbas,& interrogãti reſpõdit, Vir Dei,competit cibus tuo officio, & modo,& tempore dicẽdi, c.1.de celebr.Miſſ.quia nõ competẽtibus horis ſanctus Heremita recitabat diuinum Officium.

Et hic nota circa tempus recitandi Matutinum cum Laudibus Aliquos ſentire eſſe mediã noctem proprium tempus, Aliquos eſſe circa finem noctis, aut circa auroram,ſed ex cauſa legitima,ut habet generalis conſuetudo recepta,& approbata,proprium tempus eſt prę uenire poſt Veſperas præcedentis diei, ante occaſum Solis, aut in diebus breuioribus, etiam per horam præuenire ante occaſum Solis, in diebus uerò longioribus poteſt præueniri etiam per duas horas ante occaſum Solis, & ſiue ante cœnam, ſiue poſt, parum refert, Nauar.loc.cit.c.3. nu.56.57.60. & ſeqq. Si uerò quis præueniret ſine cauſa iuſta, ſed ut liberiùs uacaret otio, uel ludo, peccaret non niſi uenialiter, ut tenent cõmuniter DD. debet tamen qui obligatus eſt recitare Horas canonicas ex pręcepto Eccleſię debitis horis,ſiue publicè, ſiue priuatè,c.1.de celeb.Miſſ.& clem.1. eod.tit.

Anti-

2 Antiquitus variè obſeruatum eſt circa tempus recitandi Matutinum, nam recitabatur diſtinctum in tres nocturnos .i. de nocte in tribus vigilijs noctis, itaq; primum Nocturnum recitabatur tertia hora noctis, & vocabatur prima vigilia, ſecũdum Nocturnum recitabatur ſexta hora noctis, & conueniebat ſecunda vigilia, tertium Nocturnum recita batur hora nona noctis, & conueniebat tertia vigilia, Laudes vero recitabantur in quarta vigilia, quæ erat duodecima hora noctis. D. Hieronymus in Epiſtola ad Euſtochiũ, Rupertus Abb. lib. de diuin. off. Licèt aliquando prima, & ſecunda vigilia fuerint anticipatæ, vt rigor aliquantulũ temperaretur, vt ſupra dictum eſt. Antiquitus etiam aliqui recitabant omnes tres nocturnos in media nocte, & Laudes circa aurorã, 6. q. 1. c. Imitare. Aliqui dicebant tres nocturnos cum Laudibus in hora diſceſſus noctis, & in apparitione auroræ, Amalarius in præfatio. lib. de ord. vnde adhuc retinet hoc Officium nomen nocturnorum, quia de nocte dicebatur, vt dicẽdum etiam eſt. Modò verò dicitur Matutinum, quia ſummo mane, & matutino tempore recitari debet, & quò ad horam Matutini ſtandũ eſt conſuetudini, vel ordinationi Eccleſiæ.

3 Sed circa tempus aliarum horarũ; Primæ horæ, eſt prima hora diei artificialis, qui incipit ab ortu Solis, ad occaſum determinatum, ita, vt, intra ſpatium dictæ horæ, & latitudinẽ, quod eſt inter primam, & tertiam, debeat recitari. Tertia Hora debet recitari intra ſpàtium, quod eſt intra tertiam horam, & meridiem, quæ eſt hora congrua recitandæ ſextę Horæ eſt ſexta hora ab ortu Solis, quæ eſt circa meridiem, vel in meridie. Hora congrua recitandæ Nonæ, eſt hora nona, quæ eſt ab ortu Solis media inter meridiem, & occaſum Solis ab vtroque quaſi æquè diſtans. Veſperæ hora congrua recitari debebunt duodecima hora ab ortu Solis .i. vltima hora, & Completorium poſt occaſum Solis in prima hora noctis à crepuſculo.

Et hæ horæ non conſiderantur indiuiſibiliter, vel in termino indiuiſibili, ſed diuiſibiliter, & quantum ad latitudinem totius horæ, intra quam latitudinem, qui recitabit illam horam, dicetur recitare tempore debito, & eſt communis ſentẽtia. Immò ſi quis, vel aliquantulum anticiparet, vel poſtponeret, adhuc dicitur ſatisfacere præcepto Eccleſiæ de recitando hora debita, dũmodo anticipatio, vel poſtpoſitio mediam horam non excedat, Nauarr. cap. 3. num. 77. de Hor. can. & Alij, Sil. in verb. Hora. q. 9. Ang. nu. 22. Ex cauſa tamen legitima præuenire, vel poſtponere, ſiue publicè, ſiue priuatim, nul-

nullum eſt peccatum. DD.ex c. Præsb.91.diſt.

Immò licitum eſt anticipare, vel poſtponere propter aliquam cauſam, vt concionem, proceſſionem, ſtudium literarum, vel aliqua honeſta negotia, ſed tutius eſt præuenire, quia ibi ſaltem indicatur diligentia, ſed in hoc debet quiſque ſe conformare ordinationi, vel conſuetudini ſuę Eccleſiæ, tam in recitatione publica, quam priuata, vide Nauar.c. 3.nu.74.& 75. de Hor.can.

4 Sed dic reſolutè, quod in recitatione diuini Officij, ſiue quis prçuenerit, ſiue poſtpoſuerit ſine iuſta cauſa ſcienter, vel ad libitũ, vel ex quauis negligentia nõ peccat, niſi venialiter, dummodo recitet intra diem naturalem, & abſit contemptus, vt ſupra dictum eſt, & allegata eſt ratio.

Verùm ſi negligentia Epiſcopi, vel aliorum Chori ſuperiorũ notabiliter publicè anticiparẽtur, vel poſtponerentur Horæ canonicæ contra ſtatutum tempus, & Eccleſiæ conſuetudinem, & hinc ſequeretur ſacrorum perturbatio, & diuini cultus diminutio, peccaret mort. qui huius mali eſſet in culpa, & is cui erat ex officio prouidere. Clem.1. de celebr.Miſſ. Nauarr. loc.cit.c.2. nu.63.ſumm.verb.hora.

Et quod prçcipitur in rubrica Breuiarij, vt Veſperæ dicantur ante prandium in diebus ferialibus Quadrageſimæ, intellige de Veſperis publicè recitãdis in Eccleſijs, ſed quò ad recitandũ priuatim obſeruanda eſt conſuetudo. Et hæc quò ad tempus recitandi Horas canonicas.

Quò verò ad locum, dic, quòd ſolummodo Clerici ſeculares, vel regulares, qui, vel ratione beneficij, vel ratione regulæ, tenentur ad recitandum publicè in eorum Eccleſijs, aliàs peccãt grauiter, niſi recitent in loco publico, puta in Eccleſia, vel in Choro per ſe ipſos, & non per alios, & hoc alta voce, vt communicent cum alijs ibi recitãtibus, vt propterea, ſi priuatim recitent, non ſatisfaciant præcepto, neque ſi in loco publico, ſed ſubmiſſa voce, ita vt ab alijs non audiãtur, cap. dolẽtes, de celebr.Miſſ.& Conc. Trid.ſeſſ.24.c.12.de reform.

Hic notandum, quod eſt abuſus, & non conſuetudo, & eſt contra decretum ante dictum Concilij, vt Canonici, vel alij quicũque ſiue ſeculares, ſiue regulares obligati recitare publicè, tantùm aſſiſtant Choro audientes alios recitantes, nihil ipſi pſallentes.

5 Notandum etiam, in nullo ſuffragari, qui per alios recitant, vt poſſint lucrari diſtributiones quotidianas, niſi talis cõſuetudo fuiſſet approbata, vel tolerata à Summo Põtifice ſolo, qui in hoc diſpenſare poteſt, & videbitur diſpẽſaſſe tacitè, ſi ſciens tolerat, D. Ant.3.p.tit.13.c.4.§.1. Nau. c.5.nu.14.& ſeq.& Alij, qui dicũt illos

illos Canonicos peccare mort. ſi ex eorum ſilentio, vel abſentia notabiliter diminuitur cultus diuinus in celebratione diuinorum Officiorum.

6 Et vacantiæ vnius menſis, vel plurium menſiũ, vt abſentes poſſint diſtributiones quotidianas percipere, ſublatæ ſunt, niſi abſint ex cauſis à iure permiſſis, ſecus ſi ipſæ vacãtiæ cõceſſæ eſſent in fundatione Canonicatuum, & dictarum diſtributionum, quę etiã intelliguntur ſublatæ, ſi omnes fructus Canonicatuum ſunt diſtributiones quotidianę, ex declaratione Sac. Congreg. Conc. ſuper c. 2 ſeſſ. 24. ver. diſtributiones, & c. 3. ſeſſ. 21. & c. 3. ſeſſ. 22.

7 Nota hic, quod Canonicus debet eſſe in Eccleſia à principio Officij vſque ad finem, Card. in clement. graui, de celebr. Miſſ. in 8. notab. gloſ. in verb. cenſeatur, in prag. quo tempore quiſque debet eſſe in Choro.

Quæſitum XIX.

SVMMARIVM.

1 *Recitans diuinum Officium, debet attentè, & deuotè ſatisfacere diuino cultui.*

2 *Diſtractio mentis in recitatione diuini Officij, quatuor modis poteſt contingere.*

3 *Recitans diuinum Officium ſine intẽtione ſatisfaciendi, ſed ad aliũ finem, peccat mortaliter.*

4 *Horæ canonicæ pſalli debent in Eccleſijs Cathedralibus, Collegiatis, & Regularibus.*

Quę attentio requiritur in recitatione diuini Officij?

1 DIc, quod requiritur attentio, & deuotio ſatisfaciendi diuino cultui, non ſolùm exterius legitimè recitando cum debita integritate, & reuerẽtia, ſed etiam cum interiori intentione ad diuinas laudes, iuxta præceptum Eccleſiæ, & contrafaciens peccat mortaliter, & eſt communis ſententia, cit. cap. dolentes. Licet aliqui dixerint, ſed improbè, nullam requiri intentionem, & deuotionem interius, ſed ſufficere exteriorem, & ita intelligebant d. c. dolentes gl. in clem. 1. de celeb. Miſſ. Hoſtien. d. c. dolentes, & Alij, ſed eſt tenẽdum cum communi, non tamen eſt de pręcepto attentio actualis in tota oratione diuini Officij, vel eius parte notabili, cum id habeatur quaſi pro impoſſibili propter humanæ mentis fragilitatem, ſed ſufficit virtualis attẽtio, quæ oritur ab intentione, quam quis habuit in principio ſatisfaciendi præcepto Eccleſiæ, & vacandi Deo, & hac eſt neceſſaria in principio, dicetur autem virtualis attentio, cùm quis accepto Breuiario pro recitando diuino Officio, uel ſi ad Chorum acceſſit ad hunc finem, & recitando nihil

cogi-

cogitet actualiter de implendo præcepto, & uacandi Deo, adhuc ſatisfacit, quia in uirtuali includitur actualis, & ſic uirtualiter attētio actualis comitatur totā orationē, ut facit uirtualis, dummodo tamen uoluntariè quis ſe non diſtrahat ad contraria, ideſt quouſque hanc uirtualem attentionem conuerſio uoluntariè ad alia diuerſa non expellat in toto, uel in notabili parte, quia tūc ſic recitans nec ſatisfaceret, & peccaret, ſecus ſi non auertat diſtractionem, & recitat cū attentione uirtuali, aut actuali.

2 Et notandum quatuor modis poſſe contingere hanc diſtractionē in recitatione diuini Officij. Primo ex inaduertētia, & ex ſola mentis fragilitate, & hæc non uitiat, nec inducit peccatum. Secundo ex negligētia expellēdi uanas cogitationes, non tamen ſciēter, & hæc inducit ſolummodo ueniale. Tertio uoluntariè, & aduertenter, ſed nihil cogitando de peccato, aut non ſatisfacere præcepto, & hoc etiā eſt ueniale, grauius primo, Nauarr. & Sot. loc. cit. Quarto, quando quis aduertit ſe diſtrahi, & peccare, & tunc ſi diſtractio hæc contingat in toto Officio, uel in notabili parte Officij, uel alicuius Horæ, peccat mort. & tenetur repetere partem notabilem, quam diſtractus recitauit. Secus ſi diſtractio hæc fuiſſet in modica parte, quia tunc eſſet peccatū ueniale, quòd ueniale ſicut & illud mortale augebitur in genere ſuo, ſi in diſtractione uoluntaria recitans adhibebit deliberatè opus exterius, quod eſt incompatibile cū attentione, quæ requiritur in recitatione diuini Officij, ut eſſet ſcribere, & ſimilia, & plus augerentur, ſi uana miſcerentur, ſed ſi miſcerentur compatibilia, ut lauare manus, calceare ſe calceis, & ſimil. eſſet tantùm ueniale, ſed ſi quod miſceretur, nihil impediret, ut deambulare, equitare, & ſimil. tunc nil peccaret.

3 Hic nota, recitantem diuinum Officium ſine intentione ſatisfaciendi, ſed ad alium finem, puta, ut uideatur bonus, & ſimil. teneri repetere, ſi habuit animū repetendi, aliàs peccaret mort. & eſt communis opinio, & ratio eſt, quia in omni opere attenditur intentio, qua deficiente, opus nō dicitur factum ad finem requiſitum, & quod principaliter debet attendi in recitatione Officij ultra ſupradicta, eſt, ut exterius rectè, & integrè pronuncietur, & ut interius erigatur mens ad Deū, & conſideretur quod à Deo poſtuletur per preces horarias, & ut conſiderentur quæ conferant ad ſalutem, & quolibet horum ſufficit circa attentionem in recitatione diuini Officij, quod nō poſſet etiam recitari dum auditur Miſſa de præcepto, de qua re diſtinctius ſupra de Miſſa reſponſum eſt, iuxta uerſus illos, qui

com-

communiter afferri ſolent.

*Qui binos lepores vna ſecta-
bitur hora,
Vno quandoque, & quando-
que carebit vtroque.*

4 Nota hic, quod in Eccleſijs Cathedralibus, Collegiatis, & Regularibus Horę canonicę pſalli debent, & habetur in clement. quare nimirum, de celebr. Miſſ. & in cap. quod ea re, de pœnit. & remiſſ. Immo quilibet Eccleſiaſticus debet adeſſe matutinis, & veſpertinis Horis illius Eccleſiæ vbi reſidet Capitulum, 92. diſt. immo quilibet Præsbyter tenetur horis debitis recitare Officium in ſua Eccleſia, vt in cap. 1. de celebr. Miſſ.

Quæſitum XX.

SVMMARIVM.

1 *Obligatus recitare Officium, ſi non recitet, peccat mortaliter toties, quoties, & alias patitur pœnas.*

2 *Canonici, vel Beneficiarij non recitantes Officium ſtatutis horis in Choro non lucrantur diſtributiones quotidianas.*

3 *Punctator Canonicorum, vel aliorum obligatorum abſentium à Choro, ſi malitia, vel odio non rectè exercet Officium ſuum, committendo, vel omittendo, peccat mortaliter, & tenetur ad reſtitutionem.*

4 *Enumerantur quatuor cauſæ, quæ poſſent excuſare obligatos à recitatione diuini Officij.*

5 *Adducitur caſus miraculoſus de quodam non recitante Officium attentè, & deuotè.*

6 *Conſuetudo, ſeu ſtatutum, quod qui eſt præſens in vna Hora, lucretur diſtributiones quotidianas pro omnibus alijs Horis, eſt inualidum.*

7 *Habens plura beneficia, tenetur vnum tantum Officium recitare.*

8 *Miſſa nō eſt de Horis canonicis, ſed de officijs eccleſiaſticis.*

9 *Canonicus ſi vadit ad Chorum ſola intentione lucrandi diſtributiones quotidianas, committit ſimoniam mentalem.*

10 *Recitantes diuinum Officium quid debeant obſeruare.*

Quam pœnam incurrit non recitans, vt decet diuinum Officium?

1 DIc, peccat mortaliter qui exiſtens obligatus non recitet vt decet, toties quoties. Secundo non facit fructus ſuos beneficij pro rata tēporis, ſi non recitat, vel ſi non bene recitat, nam eſt idem, & fructus tenetur vel fabricæ Eccleſiæ ipſius beneficij impendere, vel erogare pauperibus, Nauarr. c. 25. nu. 122. & ſeqq. in man. & de Horis can. c. 2. nu. 31. & in Conc. Lateranen. ſub

Leone X.ſeſſ.9.& diuiſio fructuũ in hoc caſu fit, vt pro Matutino omiſſo quis reſtituat mediã partem fructuum correſpondentem illi vni, vel pluribus diebus, ſic etiam mediam partem ſi omnes alias Horas omiſerit pręter Matutinum, ſed in omiſſione Horarum minorum tenetur quis ad ſextam partem fructuũ pro aliqua Hora correſpondentem illi vni diei, & ſic de reliquis, vt qui omiſit duas, vel tres Horas, teneatur ad duas, vel tres ſextas partes fructuum, ita Pius V. in extrauag. quam refert Nau.loc. citato. Idem dic de obligatis ad Officium B. M. V. Et per beneficiũ intellige iuxta declarationẽ dictæ extrauag. quodcunque beneficium, ſiue curatũ, ſiue ſimplex, ſiue præſtimoniale, etiam ſi nullam requirat reſidentiam, & quicquid percipitur à Clericis vt Clerici, vt penſiones, fructus reſeruati, vel res Eccleſiæ, licèt non titulo beneficij, & dependeant ab Eccleſijs, & percipiantur ab ipſis vt tales, & nõ vt laici.

2 Idem dic de Canonicis, vel Beneficiarijs, qui percipiunt diſtributiones quotidianas, quod etiã amittũt, vt ſupra, ſi ſtatutis horis in Choro nõ interſint ad debitè recitãdum, niſi excuſentur vera neceſſitate, vel euidenti Eccleſiæ vtilitate, & hoc etiã ſi priuatim ipſi recitent, ſed in hoc caſu fructus accreſcũt pręſentibus, Cõc. Trid.ſeſſ.24. cap.12. de reform. Nauar.loc.cit.& c.1.de cler.non reſid. quos fructus Canonici, ſeu beneficiarij, quibus accreuerũt, nõ poſſunt, præſertim pacto præcedente eos remittere, vel condonare abſentibus, ſine iuſta cauſa, Archid.d.c.1.de cler.nõ reſid. Nauar. c.5.nu.20.& 21.de Hor. canon. Immò ex Conſtitutione Bonifacij VIII. cauetur, vt nullũ ſtatutum, ſeu conſuetudo, ſeu pactio, ſeu remiſſio valeat, vt abſenti quauis de cauſa, diſtributiones quotidianæ dentur, & ſi datæ fuerint, qui accepit, teneatur reſtituere inſeruientibus, qui in ea abſentia non conſenſerunt, ſin verò omnes conſenſerunt, dictæ diſtributiones cenſeantur applicatæ fabricæ Eccleſiæ, exceptis tamẽ abſentibus ex infirmitate, vel alia iuſta cauſa, vel manifeſta Eccleſiæ vtilitate, vt dictum eſt.

Si verò in aliqua Eccleſia eſſet conſuetudo antiqua, & tolerata à Prælato, fieri inter Canonicos abſentiam (vt vocant) à Choro, qua, licèt Canonicis aliquo anni, vel mẽſis tẽpore à Choro abeſſe, & fructus percipere, dicerem illã excuſare, quia præſumitur vel ex diſpenſatione, vel quia ita à principio in erectione Cathedralis cautum fuit pro Canonicorũ aliqua cõmoditate, quod non procedit, quãdo omnes fructus ſunt diſtributiones quotidianæ, vt ex declaratione Sac.Congreg.Cõc. vt teſtatur Pariſ.de reſign.q.10. nu.65. & diſtributionũ compar-

titio debet fieri per omnes Horas, Clem. de ætat. & qual. cũ gl. ver. certis horis, Card. ibidem, & idem declaraſſe Sacr. Congreg. teſtatur Nau. de cler. non reſid. conſ. 9.

3 Hic nota Punctatorẽ Canonicorum, vel aliorũ obligatorum, abſentium à Choro, ſi malitia, vel odio non rectè exercet officium ſuum, committendo, vel omittendo, peccare mortaliter, & teneri reſtituere quantum quiſque eius culpa amiſit. Idem ſi ex culpabili negligẽtia, & obliuione, ſecùs ſi obliuione inuincibili, nam tũc tenetur reſtituere, ſed non peccat, ita etiam excuſaretur à peccato, ſi infirmitate improuiſa correptus, deficeret abſentes notare, vel præſentes notare vt abſentes, quo in munere integerrimè ſe geſſit hoc anno D. Abbas Decius de Robino Canonicus ex primarijs ciuibus huius ciuitatis vir, & doctrina, & morũ ſuauitate haud diſſimilis D. Abb. Ioanni Carolo eius germano V. I. D. olim Canonico Metropolitanę Eccleſię meo Patri à confeſſionibus.

4 Quatuor verò ſunt cauſę, quę poſſent excuſare obligatos à recitatione diuini Officij. Prima eſt infirmitas grauis, quæ non permittit recitare ſine periculo, vel nocumento, iudicio periti Medici, ſed non excuſaret quartana, vel alia febris, vbi datur interim tempus, nec excuſaret leuis febris, Nau. c. 25. nu. 100. in man. & de Hor. can. c. 11. nu. 2. & ſeqq. Secunda eſt carentia Breuiarij, quandò quis nõ habet, nec habere poteſt illud, ſed peccat mortaliter, ſi illud habendo, proieciſſet in mare, vt non haberet. Item mutus, vel lingua aliàs impeditus, vt dicere non poſſit vocali oratione, licèt ſi poſſet partem dicere, ad illam teneretur, quia teneretur ad id, quod poteſt, non tamen teneretur illud audire recitari, cùm ipſe recitare non poteſt, nec tenetur repetere in altera die, quia hoc eſt onus diurnum, & perſonale, & non transfertur in alteram diem. Tertia, quando quis tota die eſſet occupatus, vt omittere ſine damno publico non poſſet, vt in ſedando populi tumultu, & ſimilia, vel in prohibendo hoſtem infedelem ab incurſu in patriã, & ſimil. Maior. 4. ſent. diſt. 22. q. 3. Tabien. verb. hora, Nauar. vbi ſupra. Quarta cauſa eſt, Papæ diſpenſatio de non recitãdo, vel commutãdo in aliud. Excuſaretur etiam beneficiatus, qui non eſt in ſacris, ſed nec ipſe percipit fructus beneficij, nec percipere poteſt in præſenti, vel percipiet in futurum, nec ipſe, nec alius nomine ipſius, cùm per ſe non ſtat. Sicut etiam excuſaretur, qui nondum habet ius in beneficio, ſed tãtùm fuit electus, vel nominatus, aut præſentatus, ſed nõ cõfirmatus, vel inſtitutus.

Immò

Immò nec teneretur recitare, cui abſenti beneficium collatū eſt, niſi ipſe conſenſerit collationi in eius perſonam factę, c. ſi tibi abſenti de præben. in 6. Nauar. lib. 3. conſ. 14. de celeb. Miſſ. ext. ſed teneretur beneficiatus etiam ſi omnes fructus beneficij alteri daret, etiam pauperibus, vel ſi omnes ſoluat alteri pro penſione, quia ipſe eſt verè beneficiatus, Nauarr. c. 25. num. 103. c. 7. nu. 30. c. 20. nu. 15. de hor. can. ſic etiam tenetur qui habet tenuē beneficium, vel qui habet illud ſibi collatum in commendam, ſi habet ius percipiendi fructus.

Hic teneant mente obligati, vel etiam non obligati ad recitādum diuinū Officium, quod debent recitare integrè, & attentè diuinum Officium, aliàs datur locus exercendi eorum officium cuidam Dæmoni nomine Tirintillus, vt fertur, cuius officium eſt colligere omnia verba, quæ malè recitantur in Officij pronunciatione: hinc verſus,

Fragmina ſermonum Tirintillus colligit horum,
Atque in die bis mille peram ſarcinat ille.

5 Retulit mihi D. Camillus Caſtellanus b.m. Farenſis, qui fuit Auditor in hoc Tribunali Curiæ Archiep. ſub Illuſtriſſimo Maximiliano de Palūbaria, & poſtea Auditor S. Caroli, nunquam à me ſatis laudatus, vir ſine querela, de quodam recitante indeuotè Officium, quod completo Officio fœtor maximus diffuſus eſt per cameram, & cubile, & hęc vox audita eſt, Hoc odore, & honore eſt dignum tuum officium, ſocie.

6 Nota primo, quod non valet conſuetudo, ſeu ſtatutum, quod qui eſt præſens in vna Hora, lucretur omnes diſtributiones quotidianas pro omnibus alijs Horis, ſed ſeruitium eſt compartiendum pro lucris totius diei, tàm nocturnis, quàm diurnis, gloſ. in verb. vſurpat. §. habet, quo tempore quiſque debet eſſe in Choro in pragm. ſanct.

7 Nota ſecundo, ſi habens plura beneficia, videatur quòd teneatur ad plura Officia recitanda, per Alber. de Ferrarijs in cap. 1. de celebrat. Miſſ. niſi beneficia eſſent tenuiſſima; diceremus tamē, ſalua meliori ſententia, non teneri niſi ad vnum Officium, & ratio eſt, quia plura beneficia dicuntur vnum ſufficiens eius recitantis conditioni, & hæc ſalua correctione ſanctæ Matris Eccleſiæ.

8 Nota tertio, quod Miſſa non eſt de Horis Canonicis, ſed de officijs Eccleſiæ, vt per gloſ. in clem. 1. de celebrat. Miſs. & ita numeratur in Eccleſia Beneuentana.

9 Nota quarto, quòd Canonicus (vt alibi etiam dictum eſt) qui ad Chorum vadit ſola intentione lucrandi diſtributiones quo-

quotidianas, committit ſimoniã mentalem, vide tex. & DD.in c. cum in Eccleſia, & in c.ſuam, & cap.ad Apoſtolicam,de ſimon.& gloſ.ſingularem in c.1. de cler. non reſid.& Card. in clem.1. de celebr. Miſſ. vide etiam Abb. in c.ex parte,de off.deleg.

10 Adde, quòd recitantes diuinum Officium tam extra Chorum, quàm in Choro debent abſtinere ab omnibus impedientibus deuotam, & attentam recitationem, & meminerint, quod ex ſententia Chryſoſt. nugæ in ore Sacerdotis ſunt ſacrilegium, iudica nunc de riſu immoderato, & irrationabili, & de oculis huc,& illuc inhoneſtè diſcurrentibus, & de miſcentibus ſacra prophanis,& meminerint etiam quos, & quæ Dominus eiecit è templo. Et eo maxime ſi ſunt Regulares, qui debent eorum deuotione alios de Clero ædificare, & deuotos reddere eorum recitatione, vt faciũt RR.Patres Capuccini, et alij viri religioſi. Idem dic de Canonicis,quia alijs etiam regula, & norma eſſe debent,quia ipſi vocantur Eccleſię Senatus,& vt diximus in Synodo dięceſana Beneuentana,pręſtent re, quod vocabulo dicuntur.

De officio Canonicorum in Choro Finis.

DE MISSA IN ECCLESIA.

Nunc de Miſſa, in qua Euchariſtia perfici debet, ut in Conc. Trid. ſeſſ. 22. c. 2. & eſt communis opinio.

Quæſitum I.

SVMMARIVM.

1 *Miſſa quid ſit, & vnde dicatur.*
2 *Quomodo accipiatur.*

Quid eſt Miſſa, & vnde dicitur?

1 DIc, quod Miſſa eſt oblatio veri corporis, & ſanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti, Sot. in 4. d. 3. q. 2. Vel eſt ſacrificium altaris, quia per eam fidelis populus mittit preces, & vota per Sacerdotem, vt per interſtantium Deo, c. ipſi Sacerdotes, 1. q. 1. Vel Miſſa eſt oblatio veri corporis, & ſanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti, in qua cruenta illa oblatio in Cruce peracta repręſentatur modo incruento, & eſt maximum, & ſolemne ſacrificium, quod præcellit omnia, c. nihil, de conſ. d. 7.

Et dicitur Miſſa, quaſi miſſio, ideſt dimiſſio, quia completo ſacrificio populus dimittitur, & licentiatur per illa uerba in fine Miſſæ, Ite, miſſa eſt. Vel dicitur Miſſa, quia oblatio, & preces ad Dominum mittũtur. Vel dicitur Miſſa, quòd Angelus à Deo mittatur, qui ſacrificio aſſiſtat, uel quòd in primitiua Eccleſia dimittebantur Cathecumeni poſt Euangelium, ante conſecrationem, & poſt conſecrationem dimittebatur populus, ut dictum eſt. Vel dicitur Miſſa, quod per hoc ſacrificium mittantur preces, uota, & oblationes fidelium. Vel dicitur Miſſa, eò quod Chriſtus Dominus, miſſus celeſtis, gerat etiam perſonam Sacerdotis ad conſecrandum eius corpus, & ſanguinem, ipſe namque Sacerdos ſimul, & Hoſtia appellatur à PP. Vel dicitur Miſſa, quaſi tranſmiſſa, ſcilicet à Deo Patre nobis Hoſtia, qui eſt Chriſtus, ut interceſſor pro nobis exiſtat. Vel dicitur Miſſa à verbo miſſah, quod eſt oblatio ſpontanea, quæ Deo mittitur.

3 Sed Miſſa, ut pertinet ad noſtrum tractatum, accipitur pro ſacra actione, qua conſecratur Euchariſtia, præcedentibus multis precibus, & cęrimonijs, ſic etiam, & ſubſequentibus. Et tribus linguis celebratur, nempè Hebraica, Gręca, et Latina, quia titu-

titulus Crucis his tribus linguis fuit ſcriptus, unde in Miſsa harū trium linguarū aliquid apponitur, ab Hebræa Alleluia, quod ſecundum D. Hieronymum ſignificat laudate Inuiſibilē, licet aliter ab alijs exponatur Sabaoth, ideſt exercituum, ſiue uirtutum, & Oſanna, ideſt ſalua obſecro. A Greca Kyrie eleiſon, &c. ideſt Domine, & Chriſte miſerere.

Quæſitum II.

SVMMARIVM.

1 *Miſſa à quo inſtituta fuit.*
2 *Apoſtoli addiderūt aliqua Miſſæ.*

An Chriſtus Miſſam inſtituerit?

1 DIc, quòd ſic, & hoc fuit, quando Dominus corpus ſuum, & ſanguinem conſecrans in Cœna, communicauit diſcipulos, dicens, Hæc quotieſcunque feceritis, in mei memoriam facietis, Vgo de Sancto Victore in 2.lib. de officijs eccleſiaſticis.
2 Sed Apoſtoli ſancti aliquid Miſſæ addiderunt, Vgo loc.cit. Sot. 4.ſent. d.13. q.1. art.4. & quod habetur apud D.Tho.in 3.q.73. art.4. & in canone Iacobus, de conſec.d.1.quod Miſſa fuerit inſtituta ab Apoſtolo Iacobo, & à Baſilio Epiſcopo Cæſarienſi, id intellige de aliquibus orationibus, quæ conſecrationi adhibentur, unde habetur de conſec.d.1. c. Iacobus, Iacobus frater Domini, Epiſcopus Hieroſolymitanus, & Baſilius Epiſcopus Cæſarienſis tradiderunt nobis ordinem celebrandi Miſſam, quod intellige de celebratione ſolemniter, Sot.in 4.d.13. q.2. art.4. Itaque ab initio Miſsa fuit à Chriſto Domino inſtituta quò ad conſecrationem, & ſacrificium, ſed quò ad cærimonias, & orationes ſecundum diuerſa tempora fuit aucta, tum ab ipſiſmet Apoſtolis, tum etiam à diuerſis Sūmis Pontificibus, prout decentius illis uiſum eſt ad augendum diuinum cultum. Apoſtoli addiderunt Miſſæ orationē Dominicalem, ultra cōſecrationis uerba. D.Petrus addidit tres illas orationes, quæ ſunt in Canone, ſcilicet, Hanc igitur, & ſeqq. quo tempore Miſſa incipiebat ab oratione antedicta addita à D.Petro, Hanc igitur, ſecundum Alfonſ.de Caſt.in lib. 10.de Miſſa, uide 11.diſt. cap.eccleſiaſticorum.

Quæſitum III.

SVMMARIVM.

1 *Enarrātur omnes Summi Pontifices, qui addiderunt Miſſæ, & omnia, quæ addita fuere, & eorum ſignificatus per totum.*

Qui Summi Pontifices Miſſæ addiderunt,et quæ ?

1 DIc ut infra, Celeſtinus Papa primus inſtituit, ut in Miſſæ principio præmitteretur Pſalmus, Iudica me Deus, Duran.lib.4.c.27. in Rationali.

Damaſus primus, ut præmitteretur confeſſio. Platina in eius uita.

Celeſtinus idē primus,vt cātaretur introitus in Miſſa, qui introitus ſumeretur ex Pſalmis. Duran.loc.cit. Petrus à Soto de cærimonijs Miſſæ, lectione 13. Itaque regulariter introitus deſumūtur ex Pſalmis, licèt poſtea ſecundum aliquorum feſtorum ſolemnitatē fuerunt aliqui mutati. Duran.loc.cit.

Sanctus Gregorius primus inſtituit, ut diceretur uerſus in Miſſæ introitu, qui etiam ordinauit introitum cum cantu.

Damaſus antedictus ordinauit, ut diceretur Gloria Patri, Duran.lib.4.c.5.

Sanctus Siueſter ordinauit, ut diceretur, Kyrie eleiſon, & Chriſte eleiſon. Düran. loc. cit. c.11.quæ uox Græca eſt,& ſignificat, Domine miſerere, ſed ut nouies repeteretur, ordinauit idem D.Gregorius. Petrus à Sot. loc.cit.

Theleſphorus Papa primus inſtituit, vt diceretur Gloria in excelſis. Duran.loc.cit.c.13. D. Ant.3.p.tit.13.c.5.§.1.licèt Alij velint Hylarium Epiſcopū Pyttauenſem addidiſſe ad Gloria in Excelſis, uerba,quæ ſequūtur ab illo loco,Laudamus te,ſed id negat Duran.qui dicit omnia fuiſſe eiuſdem Papæ Theleſphori, alij volunt illa uerba à loco, Laudamus te,fuiſſe addita à Papa Symmaco, qui etiam præcepit, ut Gloria in excelſis cantaretur in omnibus diebus Dominicis, & feſtis Apoſtolorū, & præcipuorum Martyrum.

Salutatio ad po pulum,quæ fit à celebrante poſt Gloria in excelſis,eſt deſumpta ex libro Ruth c.2. cùm Booz ſalutauit Meſſores,dicendo, Dominus uobiſcū, ſic etiam Propheta ſalutauit Regem Aſam,& ſeruos illius,ut habetur in libro Paralipomenon, ſic Angelus ſalutauit Gedeonē, ſic etiam Angelus ſalutauit Beatiſſimā Virginem, Duran.lib.4. c.14. ſed quis prius ordinauerit hanc ſalutationem non eſt certum apud Sacros Scriptores.

Hanc ſalutionem ſic explicat Durā.loc.cit.Dominus apud vos maneat,præmio uitæ æternæ remuneret, & petitionibus ueſtris effectum tribuat, ad quam ſalutationem tot bona pio populo deſiderantem, gratus populus,& pro eo Clericus celebranti inſeruiens reſpondet, Et cum ſpiritu tuo, quæ reſalutatio fuit deſumpta ex Epiſtola B.Pauli 2.ad Timotheum, Durand.loc.cit.& eſt ſenſus illius, Dominus à quo tu cele-

celebrans, nobis tot bona pre-catus es, tecum ſit, vt accepta ſit oratio tua. Duran. loc. cit.

Sequitur poſtea breuis illa exhortatio celebrantis, qui parum confidens de ſua perfectione, rogat aſtantes vt ſecum oret pro impetratione dictorum bonorum, dicendo, Oremus, poſt quam ſequitur oratio, vel plures orationes, per quas celebrans orat ſimul cum populo, nempè alter animo pro impetratione bonorum animabus, & corporibus ſalutarium, alter vero ore, vt eſt celebrans.

Et hæc oratio dicitur collecta, vel quia per eam populus, & Sacerdos mente colliguntur ad Dominũ, vel quia petitiones illorum in illa oratione collectas in vnum, celebrãs ad Dominum repræſẽtat, vel quia dicitur quãdo populus eſt collectus, & hæc vox eſt deſumpta ex Leuitico, quia collecta fiebat in feſto Scenophegiæ. Duran. loc. cit. c. 15.

Quis ordinauerit dici orationes, non eſt nimis certum. Durã. tribuit Gelaſio Papæ, affirmans quòd idem eas cõpoſuerit, Sot. tribuit Damaſo PP. & D. Gregorio, qui reſecauit ſuperflua, & in breuiorem formam reduxit, in 4. ſent. diſt. 13.

Innocentius PP. tertius compoſuit orationem, quæ incipit à cunctis. Dur. loc. cit. qui dicit in templo D. Mariæ Lauretanæ loco aliarum orationum dici tantùm orationem Dominicalem, quod neſcio, an modò obſeruetur. Spero tamen, Deo iuuante, & ipſa Virgine intercedente, quàm primum deuotionis cauſa templum ipſum me aditurum, & id re ipſa experturum.

Poſt orationem, ſeu orationes, ſequitur concluſio illa. Per omnia ſæcula ſæculorũ, quę verba referuntur ad filium Dei, per quem impetrare cupimus quod petimus, & eſt ſenſus, quòd Dominus Ieſus Chriſtus regnat cũ Patre, & Spiritu ſancto per omnia tẽpora tàm præterita, & præſentia, quàm futura ſuccedentia, ſæculum enim eſt ſpatium centum annorum.

Sequitur illa vox Græca, Amen, quæ à Clerico nomine populi reſpondetur, quæ vox ſignificat deſiderium, vt ita ſit, vt petitur, & concluditur, vel affirmationem ita eſſe ſicut celebrãs concluſit, ſcilicet Dominum Ieſum regnaturum, & victurum eſſe cum Patre, & Spiritu ſancto per omnia ſæcula ſæculorum. D. Ambroſ. ita exponit, & habetur in c. re uera de conſec. diſt. 2. & extra de iureiur. Aliqui dicunt eſſe vocem Hebræam, & habere diuerſas interpretationes, vel eſſe verbum affirmantis, & conſentientis, & deſiderantis: vel interpretatur, quod eſt veritas illud quod dicitur, vnde Dominus in Euangelio dicendo, Amen, Amen dico vobis, interpretatur,

eſt veritas quod dico vobis,& in Apocalypſi cap. 3. Amen teſtis fidelis. Duran.loc.cit.c.14.Sot. d.13.in 4.q.2.art.4. D.Thom.in Epiſt. ad Corinth. cap. 14. & in Eſaiam c.25.

De Epiſtola,& Euangelio,dic, quòd vel ſtatuere Apoſtoli,vt legerētur in Miſſa,iuxta quod ſentit Vualdenſis de Sacramentis, tom.5. t.4. c.13. vel Anacletus Papa, iuxta quod ſentit Vgo de offic.eccleſiaſt.c.14. vel alij Apoſtolorum ſucceſſores, vt Alexander primus. Vgo de offic.eccleſ. c.11.Duran.loc.cit.c.16.& Epiſtola eſt vox Gręca,latinè ſupramiſſio, ab epi, & ſtolam, quaſi quod in Epiſtola ſupermittitur aliud,præter ea quæ refert Nuncius,vel dicitur à Græco vocabulo,quod eſt mitto,quia ad abſentes mittitur.

Alia quæ leguntur in Miſſa, ſiue ex Teſtamento nouo,vel veteri,dicitur ordinaſſe B.Hieronymū ex cōmiſſione Damaſi Papę, ſed cantum ordinauit B. Gregorius Papa, & Gelaſius, ac etiam alij, D.Antonin. 3.p.tit.13.c.5. §.2.

Graduale dicitur à gradibus altaris,in quibus canebatur, Duran. loc.cit. & dicitur etiam reſponſorium, quia Chorus, quod lectum eſt,ruminantes correſpōdēt dulci cantu, quaſi quod perfecerint in lectione Epiſtolæ, Sot.loc.cit. & Gradualia, Tractus, & Alleluia ſtatuerunt Gregorius, Gelaſius, & Ambroſius, poſt ſolet dici Alleluia, quæ vox Hebræa eſt, potius ſignificans, quàm exprimens magnum gaudium, D.Anton. 3.p.tit.13.c.5. §.2. Duran.lib.4.c.20. vel Alleluia eſt vox continens magnum gaudium, vel incitans ad iubilū, Sot. & Duran. loc. cit. vel Alleluia interpretatur, Laudate pueri Dominum, vel Laudate Deū, Innocent.3. relatus à Duran.loco citato, Hieronymus in epiſt. ad Macellam, Sot.in 4.d.13.q.2. art.4.vel Alleluia interpretatur, Saluum me fac Domine, ideſt, al,ſignificat ſaluum, le,ſignificat me, lu,ſignificat fac, ia,ſignificat Domine, ex ſententia D.Auguſtini relati à Duran.loc. cit. vel Alleluia interpretatur, Laudate inuiſibilem Dominum, idem Auguſtinus in glo. Pſalterij, & Petrus Comeſtor ſuper Apocalyp. vel Alleluia interpretatur Pater, Filius, & Spiritus ſanctus, hoc modo, alle .i.Pater, lu .i.Filius, ia .i. Spiritus ſanctus. vel interpretatur lux,vita,& ſalus, D.Gregorius relatus à Duran.vbi ſup. vel Alleluia interpretatur, Altiſſimus leuatus eſt in Cruce, lugebant Apoſtoli, Antiſidiorenſis relatus à Duran. vbi ſupra, & in fine Alluia neumatizamus, ideſt iubilamus, dum finem protrahimus, & veluti caudam ei adtinimus, Belet in explicat.diuin.off. c.38.

Aliquando loco Alleluia, dicitur

citur Tractus, inſtitutus ex præcepto Theleſphori Papę, qui Tractus dicitur voce flebili, & aſpera, ſignificans ſtatum Apoſtolorum poſitorum in tribulatione, Duran. vbi ſupra c.21.

Poſt Alleluia, ſolet dici ſequētia ex inſtitutione Nicolai Papę, quæ conſiſtit quadam ratione metri, Duran. loc. cit. c.22. & hęc ſequentia compoſuerunt Abb. Nequerius, vel Nogerus Theutonicus, & Germanus etiā Theutonicus, hic fuit inuentor Aſtrolabij, qui Germanus compoſuit Antiphonam ad Beatam Virginem, Alma Redemptoris, ſed Antiphonam, Salue Regina, compoſuit Petrus Epiſcopus Compoſtellæ. Sequentia Veni ſancte Spiritus, compoſuit Robertus Rex Galliæ.

Anaſtaſius PP. Primus iniunxit, vt Euangelium audiretur à ſtante populo, quaſi ad pugnandum pro illo intenti, Sot. 4. diſt. 13. q.2. art.4. & habetur de conſecr. d.1. c. Apoſtolica, & Euangelium deducitur ab Eu, quod eſt Bonum, & Angelus, quod eſt nuncius, quod ſit bonus nuncius, D. Tho. in prolog. epiſt. ad Rom. & Euangelium in Miſſa canitur à Diacono, non autem ab inferiore, quia ſignificat doctrinam nouæ legis, ſed Epiſtolam, quæ ſignificat doctrinam veteris legis canunt inferiores Subdiaconi, D. Thom. 4. d.24. q.2. art.2. ad quartum. Hinc ſequitur, quod Euangelium non poteſt legere in Miſſa mulier etiam monialis, imò ſi eſſet Abbatiſſa, ſed in officio poteſt legere, Duran. lib.4. c.24. gloſ. in c. noua, de pœn. & remiſſ.

Sed Epiſtolam poſſunt etiam canere in Miſſa inferiores clerici, dummodo ſine ſolemnitate, & veſtibus ordinis ſubdiaconalis.

Poſt Euangelium ſolet cantari Symbolum Nicenum ex inſtitutione Damaſi PP. & Synodi Conſtantinopolitani, vel de ordine Marci PP. primi, Duran. loc. cit. ſed dic, quòd Marcus præcepit cantari in Miſſa, cum Damaſus, tantùm dici humiliter mandauerit.

Poſt dicitur Offertorium, & neſcitur ex cuius inſtitutione, & Offertorium vel dicitur, quia tūc populus offerebat Sacerdoti, & traxit nomen à Serta, quæ eſt oblatio quædam, quæ offerebatur in altari, & à Miniſtro benedicebatur, vel dicitur Offertorium, quia tunc celebrans offert conſecrando Deo, Duran. loc. cit. c.27. Sot. ex ſentent. Remigij 4. diſt. 13. q.2. art.2.

Deinde ſequitur cōuerſio celebrantis ad populum exhortantis illum ad orandum cum eo, vt Deus acceptet illorum ſacrificium, dicendo, Orate fratres, & hoc ex inſtitutione Leonis PP. Primi.

Poſt ſequitur præfatio ante con-

conſecrationem, & fuit compoſita à Dionyſio, & ex Græca in Romanam Eccleſiam inuecta à Gelaſio Papa. Vgo. lib. 2. de offic. Eccleſ. c. 11. Præfationem de Virgine compoſuit Vrbanus PP. D. Anton. 3. p. t. 13. c. 5. §. 4. Et præfationes nunc ſunt plures, & dicuntur tali vocabulo, quia præcedunt ſacrificium principale, & ſunt orationes quædam præparatoriæ ad futurum myſterium conſecrationis, & vt in fine pręfationis caneretur ter Sanctus, præcepit Xiſtus Papa primus, D. Ant. 3. p. tit. 13. c. 5. §. 4. Petr. à Soto lect. 13. de cærim. Miſſæ, Duran. loc. cit. c. 34. Et Deus Sabaoth, interpretatur, Deus exercituum, & Oſanna, interpretatur, Salue obſecro, & ſunt Hebræa vocabula, D. Anton. vbi ſupra, Duran. loc. cit.

Sequitur poſtea, Te igitur, & hic incipit præparatio pro ſacrificio peragendo, quæ particula eſt coniunctio illatiua, quia ex præfatione præcedenti inferuntur ea, quæ ſequuntur, & Canon Miſſæ incipit à litera H, quæ eſt in modum Crucis, ſignificando virtutem paſſionis per Crucem.

Canonē Miſſæ ordinauit Gelaſius PP. primus, ſed orationē, Hanc igitur, ordinauit vel D. Petrus, vt dictum eſt, vel S. Leo primus, vide Duran. c. 35. & 39. & Anto. loc. cit. & Sot. in 4. diſt. 13. q. 2. art. 4. qui Leo addidit illa verba, Sanctū ſacrificium, immaculatam Hoſtiam. Vgo. loc. cit. ſicut Gregorius addidit, Dieſque noſtros in tua pace diſponas, vſque ad verbum numerari, Duran. & Antonin. loc. cit.

Clemens PP. adiecit verba, Vnà cum famulo tuo PP. noſtro, Duran. c. 36. Syricius PP. illam orationē, Communicantes, Duran. loc. cit. & Anton.

Alexāder PP. primus adiecit, Qui pridie, quàm pateretur, vſque ad verba conſecrationis excluſiuè, Duran. lib. 4. c. 4. Anton. loc. cit. Sed id negat Ambroſius fuiſſe ab Alexandro, ſed eſſe verba Euangeliſtæ ab Alexandro iuſſa dici, & hæc eſt melior ſententia, vide Duran. loc. cit.

Quæ vero ſint ex traditione Apoſtolica abundè tractat Stephanus Durante de ritibus Eccleſiæ lib. . Cardinalis Bellarminus lib. .

Sed aduertat Parochus, quòd licèt concluſum ſit, vt ſupra, Canonem Miſſæ compoſuiſſe Summos Pontifices, & Sāctos Patres, nō tamen excludendi ſunt ſancti Apoſtoli à Canonis compoſitionę, qui ante dictos Patres Miſſam celebrauerunt, vt in act. Apoſt. c. 2. Sed dicēdum, quod ſancti Apoſtoli compoſuerunt, ſed Summi Pontifices, & Patres aliqua addiderunt. Vualdenſis, tom. 5. de ſacra. tit. 4. cap. 36. Conc. Trid. ſeſſ. 22. c. 4. F. Abraham Bzouius in lib. intitulato Romanus Pontifex capit.

Canon

Canon ergo Miſſæ conſtat ex verbis Domini, ex traditionibus Apoſtolorum, & ex inſtitutione SS. Pontificum, & licèt id in Euãgelio non habeatur expreſsè, tñ fuerũt multa relicta ſanctis Apoſtolis ſupplẽda, & exprimẽda, aut eorũ prædicatione, aut exemplo, Innoc. in c. cum arte, de celebr. Miſſ. vbi habentur hæc verba, Multa de factis, & verbis Domini fuerunt ab Euangeliſtis omiſſa, quæ futura erant ab Apoſtolis, vel verbo, vel facto exprimenda.

Canon Miſſæ, dicitur regula Miſſæ, & eſt vox Græca, quaſi quòd regulis Patrum compoſitus ſit, vel quòd regulariter per Canonem fit conſecratio Sacramenti, Anton. loc. cit.

Verba cõſecrationis tam hoſtiæ, quam vini non eſt dubium fuiſſe à Domino inſtituta, & ſunt ita de eſſentia, vt ſine ipſis ritè, & rectè prolatis non fiat conſecratio.

Orationem Dominicalem incępit dicere in Miſſa D. Petrus, & deinde cæteri Apoſtoli, Sot. in 4. diſt. 13. q. 2. Duran. lib. 4. c. 5. non eſt ergo tenẽda opinio Vgonis tribuentis illam D. Gregorio, nec Duran. loc. cit. c. 47. & hęc oratio fuit compoſita à Domino ad inſtantiam Apoſtolorum petentium, vt docerentur orare, vt habetur Luc. c. 11.

D. Gregorius inſtituit, vt ante orationem Dominicalem dicerẽtur illa verba, Oremus pręceptis, &c. Duran. lib. 4. c. 47.

Sergius Papa primus, vt diceretur ter Agnus Dei à Clero, & populo, Duran. c. 52. eod. lib. 4.

Innocentius Papa primus, & Leo ſecundus ordinauerunt dari pàcem in Miſſa, vt habetur de conſecr. d. 2. & Duran. loc. cit.

Poſtcommunio neſcitur à quo fuit ordinata, ſed dicitur Poſtcommunio vel quia tunc communio eſt completa, vel quia illa Antiphona canitur poſt communionem.

Ite miſſa eſt, eſt dimiſſio, quæ fit populo, vt redeat ad propria, & fuit ſtatuta, vt creditur, in Concilio Aurelianenſi, vbi prohibetur populum nõ debere exire ab Eccleſia, dum Miſſa celebratur, niſi prius annunciãdum eſſet per miniſtrum, Duran. loc. cit. c. 27. & ſignificat, Ite, quia oblatio eſt miſſa ad Deum pro populo, vel Ite, quia eſt miſſa à Deo pro populo. In eodem Concilio fuit ſtatutum, vt daretur benedictio antequàm populus exiret, vt habetur de conſec. d. 1. c. cum ad celebrandum.

Et hic notandum, Dominum noſtrũ primò celebraſſe Miſſam, deinde D. Petrum, Duran. lib. 4. c. 1. Vgo de ſacra. lib. 2. p. 8. c. 4. Iſiodorus c. 15. in lib. de officijs, Remigius in lib. de off. Miſſæ, & alij, Sot. 4. diſt. 13. q. 2. art. 4. & quod Viguerius affirmat de ſacram. Euchariſtiæ, inter Apoſtolos

los primò omnium celebraſſe Iacobum Epiſcopum Hieroſoly mitanum,id intelligendum de ce lebratione ſolemni,Duran.lib.4. c.1.& Vict.de Eucha.nu.99.concordat Petrum primò celebraſſe Antiochiæ in Pontificalibus,Iacobum Hieroſolymæ ſine Pontificalibus. Sotus dubitat poſt Do minum quis fuerit primus inter Apoſtolos, ego teneo fuiſſe D. Petrum .

His adde, hoc Sacramentum dum in Miſſa offertur,vocari ſacrificium,dum verò conſecratur in pyxide, vel defertur ad infirmos vocari Sacramentum, & Viaticum,& tunc de eo verificari ipſius diffinitionem, & cũ vocatur ſacrificium, differt tamen à ſacrificio Crucis, non re, ſed modo. Primò,quia illic fuit obla tio cruenta, hic incruenta. Secundò, quia illic oblatio fuit facta à Chriſto in propria perſo na,hic in perſona miniſtri. Tertiò, quia hic fit commemoratio paſſionis,illic verò fuit vera paſſio.Quartò,quia per illud eſt effecta ſatisfactio quantum ad ſufficientiam, ſed per hoc ſacrificiũ, dum in Miſſa offertur, applicatur ſatisfactio quoad efficaciam. Et dicitur etiam ſacrificium, nõ ſolùm dum offertur in Miſſa,ſed etiã dum in altari benedicitur, & cæremoniæ ſacræ circa illud fiunt.Hinc habetur in Miſſa circa materiã conſecrandi, Suſcipe ſancte Pater hanc oblationem, & deinde,Supplices te rogamus, vt accepta habeas ſacrificia noſtra illibata.ab Ang.dial.5.n.11. immò & ipſa ſumptio communionis pertinet ad ſacrificium, quia per illam ſacrificium perficitur, vide Sot.4.d.13.q.2.art.1.

Nota hic, Miſſam debere habere quatuor primas literas alphabeticas, nempè a, ideſt alta voce,b,ideſt breuis,c,ideſt clara voce, d,ideſt deuotè celebranda, ſed verè deuotioni audientium nunquam videtur Miſſæ celebratio prolixa, & an Rubricæ Miſſalis obligent ad mortale, videtur dicendum quod ſic, ſecundũ Bullas diuerſorum Summ.Pont. ſed dic,quoad ſubſtantialia obligant,in alijs ſecus,niſi adſit contemptus, ſalua meliori ſentẽtia.

Quæſitum IV.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdos ritè,& rectè ordinatus eſt miniſter Miſſæ.*

Quis ſit miniſter Miſſæ celebrandæ?

1 Dic eſſe ſolùm Sacerdotem ritè, & rectè ordinatum, qui vocatur eo vocabulo, vel quia ſit ſacer dux,vel quia ſacra doceat, vel quia ſacra det, qui appellatur etiam Præsbyter, quaſi præbens iter, vel Præsbyter,ideſt ſenex, quia Sacerdotes

&

& Præsbyteri debent alijs Fidelibus eſſe ſacri duces, & rectum præbere eis iter verbo, & exemplo.

Quæſitum V.

SVMMARIVM.

1 *Mutus nõ poteſt celebrare Miſſam, & quare.*
2 *Abſtemius, ideſt abhorrens vinum omninò non poteſt celebrare Miſſam.*

An mutus, vel abſtemius, ideſt abhorrens vinum poſſit celebrare?

1 DIc, quòd mutus non poteſt, quia nequit inter alia proferre verba conſecrationis, nec poſſet celebrare mente, percurrendo oculis. Hinc mutus non poteſt ordinari, & ſi poſt ſuſceptum ordinem talis euadat, celebrare non poteſt, D.Th.3.par. quæſt.82. art.10. ad tertium.
2 Et quoad abſtemium dic, quod ſi omninò abhorret vinum, non poteſt celebrare, nec debuit, ſi tũc ita erat, ordinari, & ratio eſt, quia nequit perficere Sacramentum, ſumendo ſanguinem, Nau. c.27.nu.204. Sum.Confeſs. lib. 2.tit.1.q.42.

Quæſitum VI.

SVMMARIVM.

1 *Credens ſe eſſe promotum in ordine ſacerdotali, & tamen non eſt, ſi celebrat non dicitur conſecrare.*

An qui credit ſe eſſe promotum in ordine ſacerdotali, & tamen non eſt, ſi celebrat, verè conſecrat?

1 DIc, quòd piè credendũ eſt, q̃ cõſecret, vt dicunt Aliqui, virtute Eccleſiæ, cuius ipſe miniſtrũ repręsẽtat in illo actu, & piè credendum eſſe ſummum Sacerdotem, qui eſt Chriſtus ſupplere, qui ob eius miſericordiã non permitteret tantum malum in Eccleſia ſua, nihilominus cum communi dicendum eſt verè nõ conſecrare, cum non habeat Sacerdotalem characterem.

Quæſitum VII.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdos cæcus omninò, non poteſt celebrare Miſſam, nec dicere Euangelium, ſeu Epiſtolam, poteſt tamen audire confeſſiones, prædicare, & legere.*
2 *Sacerdos cæcus oculo ſiniſtro nõ poteſt celebrare ſine diſpenſatione.*

An

An omninò cœcus Sacerdos poſſit celebrare?

1 Dic,quòd celebrare non poteſt,nec dicere Euangeliũ, ſeu Epiſtolam,nec alio modo altaria miniſtrare, poteſt tamen audire confeſſiones, prædicare, legere, vel interpretare ſacram Scripturã, Nauarr.c.27.nu.200. D.Tho.3.p.q.88.art.10. ad tertium. Sed ſi cœcus celebrat,verè conficit Sacramentum, ſed peccat mortaliter ſine diſpenſatione Apoſtolica,cum qua celebrauit Prælatus cœcus in Concil. Trid.vt dictum eſt, Sot.in 4.d.9.
2 q.1.art.2.Alter autem oculo captus præſertim ſiniſtro, qui dicitur oculus canonis,nec poteſt celebrare ſine diſpenſatione, alias peccaret mortaliter, Nauarr. c.25. nu.72.& c.27. nu.199. & ratio eſt, quia cęcus eſt irregularis, & non poteſt ordinari, & conſequenter non poteſt celebrare,Silu.in verb.irregularitas, nu.1.& omnes.

Quæſitum VIII.

SVMMARIVM.

1 *Habens aliquam deformitatem in oculis, vel vultu, ita quod mouerit riſum circumſtantibus, non poteſt celebrare, neque debuit ordinari.*

2 *Carens naſu, vel auribus, aut alio membro, quod inducit deformitatem, non poteſt celebrare ſine diſpenſatione Apoſtolica.*

3 *Quis cognoſcet de huiuſmodi vitijs,latè diſcutitur.*

An qui non eſt cœcus, ſed habet aliquam deformitatem, vel maculam in oculis, aut vultu, poſsit celebrare?

1 Dic,quòd ſi macula, aut deformitas ſit talis,vt generet ſcandalum,aut riſum,aut cõtemptũ apud auſcultãtes,nõ debuit ordinari huiuſmodi Sacerdos,& promotus non poteſt celebrare ſine diſpenſatione Apoſtolica, & hoc ſtandum eſt iudicio Epiſcopi ipſius, ſecus ſi eſſet religioſus (vt Aliqui volunt) vel ſi illa macula in oculis, ſeu facie nõ generaret neque ſcandalum, neque deformitatem, aut alia, vt ſupra, quia tunc ſi bene videt, poteſt celebrare, Nauar.in manual.c.27.nu.299.

2 De eo,qui caret naſu, vel auribus,aut alio membro,quod inducit deformitatem, aut debilitatem ad tractandum Hoſtiam, ſeu Calicem, aut de giboſis, vel de ijs,qui habent nimium humorem in gutture,vulgo *la vozza*, dic, quòd non poſſunt celebrare ſine diſpenſatione, iudicio Epiſcopi,Nau.c.27.nu.200.& c.21. nu.71. D.Tho.in 3.p. q.82.art. 10.ad tertium,Summiſtæ in ver.

cor-

corpore vitiati.

3 Et ad iudicandum de huiuſmodi vitijs, quibus quis repellitur à celebratione Miſſæ, immò à ſuſceptione ordinum iudicium erit Epiſcopi, Nauar. loc. cit. & Summiſtę loc. cit. immò & Canoniſtę, vt Innoc. in c. 1. de corpore vitiatis, licèt Anton. in 3. p. tit. 28. c. 5. nu. 10. dicat, huiuſmodi iudicium ſpectare ad Archiepiſcopum cum conſilio Suffraganeorum, fundans ſe in c. cum de tua extra de corpore vitiatis, ſed illud Capitulum intelligendum eſt ex commiſſione Papæ, nam ibi Summus Pontifex cõmiſit illi Archiepiſcopo, vt cum conſilio ſuorũ Suffraganeorum iudicaret de macula ſubditi, & ſic vt Epiſcopus adhuc, & non vt Archiepiſcopus iudicauit.

De deformitatibus, aut vitijs Religioſorũ quò ad ordinationes habet cognoſcere Epiſcopus ordinans, Silu. in verb. corpore vitiati, §. 1. Nauarr. loc. cit. Licèt Angelica, Tabien. & Armil. teneant cõtrarium in verb. corpore vitiati, qui dicunt in Religioſis exemptis debere iudicare Prælatum eorum Ordinarium. Sed hoc intellige quoad celebrationem, non autem quoad ordinationem, quia hoc pertinet ad Epiſcopum ordinantem. Sed hoc parum refert Parochi, ideo ad alia.

Quæſitum IX.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdos, ſi poſt incboatam Miſſam meminit ſe non eſſe ritè, & rectè ordinatum, ſed validè, quid agere debeat.*

2 *Sacerdos bæreticus, ſchiſmaticus, excommunicatus, interdictus, irregularis, vel degradatus de iure non poteſt celebrare, & redditur ratio.*

Quid agendum, ſi quis poſt inchoatam Miſſam meminit ſe non eſſe ordinatum ritè, & rectè, ſed validè, & de hoc habeat certam ſcientiam, immò cõſcientiæ remorſum?

1 Dic, quòd ſi id aduertat ante conſecrationem debet recedere à celebrando, fingens aliquam infirmitatem, vel ſi id facere non poteſt, deponat talem conſcientiam: ſed ſi id acciderit poſt cõſecrationem, debet Miſſam perficere, & complere, qua completa accedat ad conſulendum ſuum ſuperiorem. D. Bonauent. in 4. ſent. d. 13. Ang. in ver. Euch. 2. nu. 7.

Idem dic de celebrãte coram populo, qui recordetur ſe eſſe excommunicatum, ſi id accidat ante cõſecrationem, & ſine ſcandalo fieri poteſt, dimittat Miſſam, ſin poſt conſecrationem doleat

leat cum humili propoſito ſtatim petẽdi abſolutionem,& procedat complere Miſſam. Idem dic de eo, qui recordetur ſe eſſe irregularem, vel interdictum, aut ſuſpenſum,aut alia pœna ſpirituali,aut nota irretitum.

2 De Sacerdote hæretico, quod abſit,ſchiſmatico, excommunicato,interdicto, irregulari, degradato,dic,quòd nõ poteſt celebrare de iure, quia eſt priuatus exequutione ordinis,ſed ſi de facto celebraret, verè cõſecraret, ſi intendit facere quod facit Eccleſia Catholica, ſed peccaret mortaliter.

Quæſitum X.

SVMMARIVM.

1 *Videns ſolùm cum oculo ſiniſtro poteſt celebrare, ſed ſi caret ſiniſtro, & videt cum dextro non poteſt, nu.2.*

An qui videt oculo ſiniſtro, ſed oculo dextro non videt,& tamen in dextro oculo nulla appareat deformitas, immò ita apparet apertus,vt ſanus, & videns,conſideretur poſſe celebrare?

1 DIc, quòd ſic, quia habet ſanum oculum canonis, qui eſt oculus ſiniſter, & hoc intellige,ſi nulla appareat deformitas, licèt Alij tenuerint contrarium, de quo remitto me ſaniori iudicio, vide Nauar.c.27.nu.199.

2 Sed ſi caret viſu oculi ſiniſtri, & videt aliquantulum dextro, ſed nimia conuerſione ad populum, celebrare non poteſt, quia generaretur aut riſus, aut contemptus, Nauarr. ſentit contrarium,ſed intelligendus eſt,quando conuerſio ad populum non eſſet indecens.

Quæſitum XI.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdos giboſus, uel claudus, uel mutilatus aliquo mẽbro principali, an poſſit celebrare, latè exaratur.*

An giboſus,vel claudus,vel mutilatus aliquo membro principali poſſit celebrare?

1 DIc vltra ea,quæ ſupra reſpõſa ſunt, quòd giboſus, aut alij, vt ſupra, niſi ſequeretur nimia deformitas,vel corporis debilitas poteſt promoueri, & celebrare, Nauarr.c.27.num.199. quæ deformitas, vel debilitas intelligenda eſt de illa, quæ generaret ſcandalum apud populum, aut debilitatem ad tractandum tantum myſterium. Sed ſi debilitas illi accidiſſet ex propria culpa,tunc non poſſet celebrare

ſine

ſine Papæ diſpenſatione , idem dic de claudo, quod non poteſt celebrare, ſi appareat notabilis deformitas, D.Antonin. 3.par. tit.28.c.5. & Summiſt.omnes in verb.corp.vitiat.

Sed ſi celebrans habet pedes, ſed ita eſt claudus, vt ſine baculo ſtare poſſit, admittitur ad celebrandum, ſi tamen huiuſmodi defectus ei euenit ex natura, vel infirmitate,vel alio accidēti extra eius culpam, ſecus ſi ipſius defectu, vel ſpontè effectus eſſet claudus,quia tunc repelleretur à celebratione, D.Anton. 3.p.tit. 28.c.13. & Summiſt. omnes.

Conclude ergo,corpore vitiatos propria culpa repelli à celebratione ſine diſpenſatione Apoſtolica, ſed ſi ſecus, admitti ad celebrationem, niſi ex deformitate magnum ſcādalum, ſeu periculum ſequeretur, D.Ant.loc. cit. & Summiſt.omnes; & adde, quod ſi defectus in celebrāte eſſet occultus, poſſet celebrare ex diſpenſatione Epiſcopi,Hoſtien. in appa. qui tantùm excipit de caſtrato, poteſt etiā Epiſcopus diſpenſare in quibuſuis irregularitatibus occultis prouenientibus ex delicto, præterquam ex homicidio voluntario.

Quæſitum XII.

SVMMARIVM.

1 *Abſcindens ſibi aliquod membrum, etiam ſi ſit occultum, non poteſt celebrare.*

2 *Amputans ſibi genitalia, etiam ad vitandum luxuriam, vel credens id placere Deo, non poteſt celebrare ſine diſpenſatione Apoſtolica.*

An poſſit celebrare,qui propria culpa incidiſſet in abſciſſionem alicuius membri etiam non principalis, & occulti?

1 DIc,quod ſi ipſius culpa acciderit vitium in aliquo membro ipſius etiam occulto, non poteſt celebrare, vt quia vel abſcidit ſibi membrum ex ſua voluntate, vel ab alio ſibi abſcidi fecit,& ratio eſt,quia eſt irregularis,cum dederit operam rei illicitæ, D.Anton. in 3.p. tit.28. c.5.nu. 10.& Summiſtæ. Et dare operā rei illicitæ eſt cū quis perpetrat, quod eſt contra charitatem,vel contra eius profeſſionē, vel contra Eccleſiæ præcepta, & de ſui natura malum,& inconueniens ſibi,Sot.de iuſt. & iur. lib. 5.q.1.art.9.

2 Hinc ſequitur, quòd amputās ſibi genitalia etiam ad vitandū luxuriam, vel credens id placere Deo, non poteſt celebrare ſine diſpenſatione Apoſtolica, nam nemo eſt dominus ſui corporis, D.Anton. 3.p. tit.28. c.5. Silu. verb. corp. vit.nu.3. ſed facilius cum hoc diſpenſatur,quia credebat id ſibi licere, Sot.in 4.ſent. diſt.

diſt.25.q.1.art.3. neque poteſt celebrare, quia amiſerit genitalia ex morbo gallico, ſine Papæ diſpenſatione, ſi eſſet publicum, ſi verò eſſet occultum poſſet diſpenſare Epiſcopus, Hoſt. loc. cit.Ant.loc.cit.

Quæſitum XIII.

SVMMARIVM.

Sacerdos caſtratus ab alio culpa ſua, puta quia dabat operam rei illicitæ, non poteſt celebrare, ſi verò ab inimicis, vel conſilio Medici ob infirmitatem, benè poterit, & ſic non tenetur deferre puluerẽ membrorum amiſſorum, dum admitteretur ad celebrandum.

2 *Sacerdos poteſt permittere ſibi amputari genitalia, aut alia membra pro ſalute totius corporis, & poterit celebrare, dummodò non cauſetur deformitas ex tali abſciſſione.*

An Sacerdos caſtratus ab alio poſſit celebrare?

1 Dic, quod ſi fuit caſtratus, quia dabat operam rei illicitæ, non poteſt celebrare, ſic etiam ſi eſſet in alio membro mutilatus, Nauarr.cap. 27. nu. 198. Hoſtienſ.in ſumm.de corp. vitiat.

Sed ſi ſine ipſius culpa vel genitalia fuerunt ei abſciſſa, vel in alio aliquo membro mutilatus, vt per vim ab inimicis, vel conſilio Medici ob infirmitatem, tũc poterit celebrare, D.Ant.3.par. tit.28.c.5. nu.10. Sot. de iuſt. & iure, lib.5.q.42. Nauar.cap.27. nu.199.

Nec caſtratus, vel mutilatus huiuſmodi tenetur deferre puluerem membrorum amiſſorum, dùm ad celebrandum admitteretur, vt ſtultè Aliqui opinantur, Nauarr.loc.cit.nu.200.

2 Et hic nota poſſe Sacerdotem permittere ſibi amputari genitalia, aut alia membra pro ſalute totius corporis, immò poteſt ipſemet ſibi, ſi eſt peritus, & alius abſit, amputare, nec prohibebitur celebrare, ſi deformitas ex membri alicuius abſciſſione, vel debilitas ad tractandum myſterium nõ ſequeretur, Summa Confeſſorum lib. 2. tit. 1. q.42.

Quæſitum XIIII.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdos amputans ſibi, vel amputari faciens ab alio aliquod membrum pro euitando periculo vitæ non poteſt celebrare, intellige vt infra.*

An pro euitando aliquo periculo vitæ poſsit Sacerdos licitè ſibi amputare, vel amputari facere aliquod membrum, vt ſi eſt manus illigata, vel pes in aliquo loco infixus, & imminet maximum periculum vitę, vt vel ruina vicinæ domus, vel ignis exæſtuantis, vel alicuius feræ rapacis incurſus.

1 DIc, quod tunc licitè poterit amputando membrum illigatum, vel impeditum, euadere, immò poſſet permittere ſibi amputari, Sot. de iuſtit. & iure, lib. 5. q. 2. art. 5. ſed non poterit celebrare, ſi abſciſſio ſit in membro deſeruienti conſecrationi, vel ſi maxima deformitas ſequeretur, ſi autem eſſet membrum minus principale, vt pars digiti, quæ non deſeruit conſecrationi, erit arbitrio Epiſcopi admittendus ad celebrandum, Summa Confeſſ. lib. 2. tit. 1. q. 32. D. Antonin. 3. p. tit. 28. c. 5. nu. 12.

Quæſitum XV.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdos dans operam rei licitæ, ſi amittat vngulam pollicis, poteſt celebrare ſine diſpẽſatione Epiſcopi, dummodo non ſequatur deformitas, aut debilitas ad tractandum diuina miniſteria.*

2 *Quid ſi dentem ſibi excuſſerit, an poſſit celebrare.*

3 *Habens manum aridam, vel paraliticam, vel leproſam, an poſſit celebrare.*

An ſi Sacerdos dans operam rei licitæ amittat vngulam pollicis, poſsit celebrare, ſi non ſequitur ſcandalum, aut generetur deformitas, vel debilitas?

1 DIc, quod poteſt ſine diſpenſatione Epiſcopi, ſed ſi ſequeretur ſcandalum, aut deformitas, aut debilitas ad tractanda ſacra miniſteria, nõ poſſet ſine diſpenſatione, ſecus ſi amiſerit, dans operam rei illicitæ.

2 Sic etiã qui ſibi ex ira dentem excuſſerit, vel ſeipſum vulnerauerit, dummodo nõ in membris deſeruientibus ad tractãda miniſteria, & deformitas, aut ſcandalum non ſequeretur, poſſet celebrare, D. Anton. 3. p. tit. 28. c. 5. & Summiſtæ, ſed hic talis ſi celebraret ſine præuia abſolutione, quia eſt excommunicatus, efficeretur irregularis, nam incidit in canonem, ſi quis ſeipſum percutiendo.

3 Sic etiam poſſet celebrare habens manum aridam, vel paraliticam, vel leproſam, dummodo non ſit effecta debilis ad tractan-

da ſacra miniſteria, & non adſit ſcandalum, Summ. Confeſſ. lib. 2. tit. 1. q. 41. Sot. lib. 4. ſentent. d. 25. q. 1. art. 3.

Quæſitum XVI.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdos cadens morbo caduco non poteſt celebrare, declaratur infra.*

An Sacerdos cadens morbo caduco poſsit celebrare?

1 DIc, quod regulariter non poteſt, niſi ſit benè liberatus arbitrio peritorum, & expectato concurrenti ſpatio temporis, vt puta per annum, vel per aliud tempus penſata qualitate morbi, & perſonæ, vt habetur 7. q. 2. c. ſi tamen. Et ſi non liberatus celebraret, peccaret mortaliter, maximè ſi ſpumam emitteret, vel alia ſigna turpia faceret, ſed ſi rarò, & leuiter tangeretur ab hoc morbo, non repelleretur à celebratione Miſsæ, dummodo ei aſſiſteret alius Sacerdos pro illo adiuuando, quatenus opus eſſet, nec aliter, aliàs peccaret mortaliter, D. Anton. 3. par. tit. 28. cap. 5. num. 12. & Summiſtæ.

Quæſitum XVII.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdos habens membra ſuperflua, vel obſeſſus à Dæmone, vel amens, vel patiens fluxum ſeminis, vel ſanguinis, vel ſtomachi, an poſſit celebrare, latè diſcutitur per totum quæſitum.*

An habens membra ſuperflua, vel obſeſſus à Dæmone, vel amens, vel patiens fluxum ſeminis, vel ſanguinis, vel ſtomachi poſſit celebrare?

1 DE habente membra ſuperflua, vt ſex digitos, vel vngues oblongas, quæ amputari nō poſſunt ſine dolore dic, quod poteſt, dummodo non appareat impedimentum ad ſacrificandū, immò poteſt licitè membra illa ſuperflua ſibi abſcidere, ſi id ſine vitæ periculo fieri poteſt.

De obſeſſo à Dæmone dic, quod nunquam poterit celebrare, niſi fuerit omninò liberatus, D. Ant. 3. p. tit. 28. c. 5. 33. d. c. communiter, & hæc totalis liberatio eſt per annū probanda, iudicio Epiſcopi, de corp. vit. §. 5. & Summiſtæ omnes eodem verbo, Io. de Lapide de dubijs Miſſę, c. 2. contra Nauarr. c. 27. nu. 203. qui ſentit Sacerdotem dæmoniacum, etiam liberatum non poſſe vnquam

quam celebrare, quæ opinio eſt rigoroſa nimis, nam datur communio ijs, qui fuerint obſeſſi, dummodo ſint liberati.

De amente, vel furioſo dic, quòd ſi actu fuerint in tali paſſione, vel frequenter eam patiantur, non poſſunt celebrare, Nau. loco proximè citato, & prius eo Summ. Confeſſ. lib. 2. tit. 1. q. 45. & Summiſtę in verb. corp. vitiat. Sed ſi ſint à tali infirmitate liberati, quod probandum eſt arbitrio Epiſcopi per aliquod temporis ſpatium poterunt admitti ad celebrandum.

De patiente verò fluxum ſeminis, vel ſanguinis, vel fluxum ſtomachi, ita vt ſtatim per ſeceſſum emittat quod in ſtomachum receperat, dic quoad fluxum ſeminis, vel ſanguinis poſſe celebrare, niſi ſint impedimento in celebratione, vel ſcãdalo, & quoad fluxum ſtomachi, dic, quod patiens huiuſmodi fluxum non poteſt, nec debet celebrare, nec cõmunicare, Ioannes de Lapide de dubijs circa celebrat. Miſſæ, c. 2.

Et nota hic, quòd ſi Sacerdos patiens fluxũ ſtomachi celebraret, vel alius quiuis cõmunicaret, & ſtatim per ſeceſſum emitteret indigeſtas illas ſanctas ſpecies, adhuc, ſaluo meliori iudicio, adeſset ſub eis ſanctiſſimum corpus Chriſti, quouſque integrè permaneret, & in hoc eſt admiranda, & laudanda miſericordia, & patientia Domini noſtri, qui pro nobis, & alia indigniſſima pati voluit; & talis celebrans, vel communicans peccaret grauiſſimo peccato ſacrilegij.

Quæſitum XVIII.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdos leproſus, dummodo non impeditus ex corroſione huius morbi, poteſt celebrare in occulto, & in publico coram alijs leproſis tantum.*

2 *Nauarri opinio circa hoc declaratur.*

3 *Hermophrodytus an poſſit celebrare.*

4 *Patiens vomitũ frequenter, non poteſt celebrare quouſque nõ fuerit ſanus.*

An Sacerdos leproſus, hermophrodytus, vel patiens vomitum poſſit celebrare?

1 DE leproſo dic, quòd ſi non ſit impeditus ex corroſione huius morbi poterit celebrare, in occulto tamen, vel etiam in publico coram alijs leproſis, D. Tho. 3. p. q. 82. art. 10. ad tertium, & Summiſtæ omnes.

2 Nauarr. tenet, leproſum eſse irregularem, quia lepra inducit irregularitatem, vt non poſſit celebrare, in c. cũ percuſſio, 7. q. 1. & in c. de Rectoribus, & ex parte, de cler. ęgrot. Sed hæc Nauar.

ſententia eſt intelligenda de leproſo facto omninò inhabili, & impotente ad celebrandũ, quod etiam ſentit de qualibet alia infirmitate reddẽte Sacerdotem impotentem, c.27.nu.202. & cũ his ſolus Papa diſpenſat, arg.in c.at ſi clerici de iudicijs, §.1. & Villat. colum.48. de irregular. Vel dic Nauar. ſentẽtiã intelligi debere de publica celebratione leproſi, & ſic non videtur contrarius Angelico Doctori.

3 De hermophrodyto, qui eſt ille, qui habet vtrunque ſexum, dic, ſi fuerit ordinatus,& magis præualet in ſexu maſculino, ſuſcepit quidem ordinem, ſed non poteſt celebrare,ſi autem magis vergat ad ſexum fœmininum, vel ſi ęqualiter in vtroque præualet, nec ordines ſuſcepit, & per conſequens celebrare non poteſt, D.Anton. 3.p.tit.28.c.6.§.5. & omnes Summiſt. in verb.hermophrodytus, & hæc eſt optima ſententia cõtra Sotum in 4.ſent. d.25.q.1.art.2. tenentẽ,hermophrodytum, in quo virilis ſexus prętualet,poſſe & ſuſcipere ordinem,& celebrare, & ratio cõtra Sotũ eſt, quia hermophrodytus eſt monſtrum, & eſset ſcandalũ, ſi ordinaretur, vel ſi ordinatus celebraret. Poſſet tamẽ id facere cum diſpenſatione Papę,Nauar. c.27.nu.203. Vel ſententia Soti intelligi poſſet de hermophrodyto ſecreto, in quo præualet virilis ſexus.

4 De patiente vomitũ frequenter,dic,quod nõ debet celebrare quouſq; ſanetur, & ſi id audeat, peccat mortaliter,quia exponit ſe periculo, Io.de Lapi.loc.cit.

Quæſitum XIX.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdos qui tarda hora comedit,& non digeſſit cibum,vel quia non dormiuit, qua hora de mane celebrare debet.*

2 *Celebrans ſi recordatur ſe non eſſe ieiunum, ante conſecrationem debet ceſſare à celebratione,ſi ſine ſcandalo poterit.*

An Sacerdos, qui tarda hora comedit, & non digeſſit cibum,vel quia non dormiuit, vel quia id ei ex infirmitate euenit, poſſit de mane hora conuenienti celebrare?

1 DIc, quòd ſi videtur ſibi non perturbatus ex antedictis cauſis,poteſt celebrare,verum ſi reddatur indiſpoſitus,debet abſtinere,Gloſ.in c.nihil,7.q.1.vbi habentur hæc verba, Si quis comederit ante mediam noctẽ, & ſentiat cibi exaltationem, quia cibus adhuc non eſt digeſtus,debet abſtinere à celebratione, quamdiu ſentiet cibum eſſe indigeſtum. Idem facere debet qui non dormiuit in nocte,non tamẽ pec-

peccaret, ſi celebraret ſine periculo,& ex deuotione, Ioan.de Lapi.d.c.2.

2 Vbi nota, quod ſi celebrans recordetur ſe non eſſe ieiunum, ſi id erit ante conſecrationem, debet ceſſare, ſi ſine ſcandalo poteſt, ſed ſi poſt conſecrationem, debet ſequi Miſſam. Idem dic ſi recordetur ſe eſſe in peccato mortali, & non habet copiam Confeſſoris, & hoc intellige remoto ſcandalo, nam ſi eſſet ſcandalum, debet ſequi Miſſam, Io. de Lapi.vbi ſupra, qui addit celebrantem in mortali verè conſecrare, ſed duo admittere peccata ſacrilegij grauiſſimi, alterum in celebrando indignè, alterum indignè ſumendo, & addit etiam putantem ſe eſſe in peccato mortali, cùm verè non ſit, debere abſtinere à celebratione, vel depo nere cõſcientiam ſcrupuloſam, aliàs peccare mortaliter. Sed dubitans an mortaliter deliquerit, neceſſarium eſſet vt confiteretur etiam quantumcunque contritus.

Quæſitum XX.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdos non impeditus legitimo impedimento non peccat, ſi quotidie non celebrat, declaratur vt infra.*

An Sacerdos, qui non impeditur legitimo impedimento, teneatur quotidie celebrare, aliter peccet?

1 DIc, quod non tenetur quotidie celebrare, nec etiam in diebus feſtiuis, vt habetur in c.quotidie de cõſec.d.2.exceptis Curatis, qui debent celebrare per ſe, ſeu per alios in Eccleſia Parochiali in omnibus diebus feſtiuis, in quibus tenentur ex præcepto Parochiani eius audire Miſſam.

Sed in feſtis ſolemnibus quilibet Sacerdos debet celebrare, aliàs peccat mortaliter, & per feſta ſolẽnia intelliguntur feſta, in quibus ſolebat populus Fidelis communicare, vt in Paſchate Reſurrectionis, in Pentecoſte, & in Natiuitate Domini, ſed legitimè impeditus non peccat, itaque eſt de pręcepto etiam ſimplicibus Sacerdotibus celebrare in his tribus ſolemnibus.

Et ſi celebraret ſolũ in Paſchate, vt præcipit Eccleſia, & poſtea infra annum aliquoties, ſed non in alijs diebus ſolemnibus, vt ſupra, adhuc ſatisfaciet, Sot. in 4. d.13.q.1.art.10.

Tutius eſt ergo, vt quotidie, vel quàm frequentius poteſt, Sacerdotem celebrare, iuxta illud Ambroſij, quia quotidie pecco, quotidie debeo accipere medicinam, & refertur de conſec.d.2.

Quæſitum XXI.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdos an poſſit ſine peccato per totam vitam ceſſare à celebratione, ſecluſo impedimento, latè declaratur per totum quæſitum.*

An Sacerdos poſsit ſine peccato per totam vitam ceſſare à celebratione, ſecluſo impedimento?

1 DIc reſolutè, quòd etiam ſi obligatus non ſit curę animarum, vel ſtipendio, non debet ceſſare à celebratione per totum eius vitę curſum, ne in vanū gratiā Dei recepiſſe videatur, quod non placet Apoſtolo Paulo 2. ad Cor. c.6. & D. Ambroſius, graue (inquit) eſt immūdis manibus ad menſam accedere, ſed grauius eſt, ſi dum peccata metuimus, ſacrificium non reddamus. Licet Alij ſenſerint contrarium, vt Alenſis 4.q.51. membro 2. Caiet. in 3.p. q.82. art.10. Vict. de Euch. nu. 93. cum Silu. & Roſell.

Sed aduertendū Sacerdoti pro frequenti, ſeu rara celebratione Miſſarum, quod quando quis ex quotidiana celebratione ſentiat ſibi augeri amorem erga Deum, & reuerentiam, & feruorē, debet quam ſæpiùs poteſt celebrare: verùm ſi ex frequenti celebratione reuerentiā minui, & amorem non augeri ſibi aduerterit, poterit licitè aliquando abſtinere, vt maiori poſtea reuerētia, & amoris feruore redire poſſit, D. Tho. 3.p. q.80. art.10. & 4. ſent. d.12. q.3. art.1. & alij quàm multi.

Sed ſi Sacerdos æqualiter ſe haberet ad vtrunque, vt ſcilicet poſſet & celebrare laudabiliter, quia eſt diſpoſitus, & poſſit laudabiliter abſtinere à celebrando ob reuerentiam Sacramenti, debet potius celebrare, quàm abſtinere, & è contra, D. Thom. 3.p. q.80. art.10. & in 4. d.12. q.3. art.2.

Quæſitum XXII.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdos non niſi ſemel debet in die celebrare.*

2 *Enumerantur decem caſus, in quibus antiquitus poterat bis à Sacerdote in die celebrari.*

3 *Redditur ratio, cur in die Natiuitatis Domini noſtri Ieſu Chriſti ter celebratur.*

An liceat Sacerdoti pluries in die celebrare, præſuppoſito quod ſit bene diſpoſitus, & ieiunus?

1 DIc reſolutè, quod non, niſi ſemel licet, exceptis quibuſdam caſibus, D. Thom. 3. par. q.83. art.5. ad quintum, D. Ant.

3.p. tit.13.c 6.§.5. Nauarr.c.25. num.87.

2 Primus caſus eſt in Natiuitate Domini noſtri Ieſu Chriſti, in qua ter celebratur, non tamen de præcepto, nam qui ſemel, vel bis celebraret, non peccaret, ſecluſa negligentia culpabili, aut cōtemptu ritus Eccleſiæ, quia tunc peccaret mortaliter.

Secundus eſt, quando celebrata prima Miſſa, adueniret perſona aliqua inſignis, cui de præcepto incumbit audire Miſſam, vel celebrare, vt Epiſcopus in abſentia aliorum Sacerdotum, Nauar. c.25.nu.87.Raymun.& Palud.in 4. d.12.q.2. art.4. & Summiſt. omnes.

Tertius eſt, quando eſſet ſepeliendus mortuus, & de conſuetudine loci nō ſepelitur ſine Miſſa, Raymund.Palud.& Nauarr.loc. cit.Vict.de Euchar.nu.95. & hoc intellige cùm non adeſſet alius Sacerdos.

Quartus, pro communicando infirmo in caſu neceſſitatis, Nauarr. & Palud.loc.cit. Io.de Lapide loc.cit.

Quintus, quando quis teneretur inſeruire duabus Eccleſijs æqualiter, quia vnam habet in titulum, & alteram in commendam, vel ambas commendatas, & per conſequens in vtraque debet celebrare, Hoſt.in ſumm.de celeb.Miſſ. D.Anton.3.p.tit.13. c.6.nu.5. Ioan. de Lapide d.c.2. Vict.nu.95. de Euchar.

Sextus, quando benedicendæ eſſent nuptiæ, & non poſſent differri, & laudabilis cōſuetudo ſit vt in Miſſa benedicantur, Nauar.& Vict.loc.cit. Palud.loc.ci. Panorm. in c. conſuluiſti, de celebr.Miſs.

Septimus eſt, quando occurreret, vt in eadem die debeat dici Miſſa de feſto occurrenti, & de ieiunio, vt accidere ſolet in Quadrageſima, Palud. & Vict. loc.cit. D.Ant.3.p.tit.13.cap.6. §.5.& Summiſt.in verb.Miſſæ.

Octauus, quādo in aliquo loco eſſent pauci Sacerdotes pauperes, & plures Eccleſiæ etiam exiguorum reddituum, Angel.verb. Miſſa, nu.46. Silu.verb. Miſſa 1. nu.7.

Nonus eſt, quando in aliqua Eccleſia eſſet conſuetudo, vt in eadem die dicerentur duæ Miſſæ, altera pro viuis, & altera pro defunctis, & non adeſſet alius Sacerdos, Gloſ.de celebr. Miſſ. Victor.Angel.& Sil.loc.cit.

Vltimus caſus eſt, quando occurreret vrgens neceſſitas arbitrio boni viri, Silu. & Vict. loc. cit.Nauarr.c.25.nu.87.

Sed bene aduertatur, quòd in omnibus his caſibus, celebraturus debet eſſe ieiunus, aliàs non poterit iterū celebrare, & quòd ſit in abſentia aliorum Sacerdotum, & quòd non fiat, niſi bis in die.

Sed aduerte melius huiuſmodi permiſſionem fuiſſe antiqui-

tus ob Sacerdotum raritatem, nunc autem non eſſe in vſu, niſi in ſolemnitate Natalis Domini. Ideoque qui nunc celebraret bis, vbi non eſt conſuetudo in eadem die, peccaret mortaliter, ab Angelo de Miſſa, nu. 229.

3 Sed in ſantiſſima Domini Natiuitate permittitur ter Miſſarũ ſolemnia celebrare propter myſterium, vel ad ſignificãdum tres Chriſti Natiuitates, ſcilicet æternam à Patre, temporalem à Matre, & ſpiritualem in animabus fidelium, D. Tho. 3. p. q. 83. art. 2. ad ſecundum, D. Ant. 3. p. tit. 13. c. 6. nu. 5. Viguer. de Sacram. Euchar. ver. 14. & in 4. d. 13 q. 2. art. 2.

Vel ad ſignificãdum tria tempora, ſcilicet, legis naturæ, legis ſcriptæ, & legis gratiæ, vide Riccard. in 4. d. 13. art. 2. quæſt. 4. Sed hæc parum refert Parochi ſcire.

Quæſitum XXIII.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdos poteſt celebrare in omnibus diebus anni, exceptis feria ſexta, & Sabbato maioris hebdomadæ, & non obſtat conſuetudo in contrarium.*

2 *Iacobus Cardinalis Sabellus memoratur.*

An liceat Sacerdoti celebrare in omnibus diebus anni?

1 Dic, quòd ſic, c. viſum de conſecr. diſt. 1. exceptis feria ſexta, & Sabbato maioris hebdomadæ, c. Sabbato de conſecr. d. 3. & hoc ob multas rationes. Primo, vt ſemper ſit medicina parata contra peccata. Secundo, vt ſemper ſit arbor vitæ in medio Paradiſi. Tertio, vt ſemper vniamur Chriſto ſacramentaliter. Quarto, vt ſit nobis iugis memoria paſſionis. Et ſemper Miſſa debet dici in Eccleſia Dei.

Et conſuetudo illa celebrandi in Sabbato Sancto nõ obſtat huic reſponſioni, quia Miſſa illa non eſt Sabbati, ſed noctis Reſurrectionis, quæ præuenitur propter humanæ imbecillitatis impatiẽtiam, & ideo in oratione Miſſæ dicitur, Deus, qui ſacratiſſimam Noctem, &c. & ideo debet celebrari hora tarda, c. quando de conſec. d. 1. Nauar. c. 25. nu. 88. in manual.

Et celebratur vna Miſſa ſolemnis, ſicut etiã in feria quinta, & celebrare Miſſam priuatim non eſſet tutum à culpa abſque licentia Superioris, vbi viget cõſuetudo ſemel celebrandi. Iacobus Cardinalis trigeſimus ſextus poſt ſex Pontif. Max. ex nobiliſſima, & priſca familia Sabellorũ
2 Vicarius Papæ prohibuit Romę celebrari pluries in feria quinta

maioris

maioris Hebdomadæ, vt videre eſt in Cathec. Neap.

Et in hoc eſt contrarius Nauarro Sotus, nam dicit licere celebrare priuatim feria quinta, & Sabbato de licētia ſuperioris, quod negat Nauarrus, & ipſius ſententia eſt magis rationabilis, vbi non eſt conſuetudo contraria. Hic Beneuenti ſolet in feria quinta etiā priuatim pluries celebrari, ſed in Sabbato non niſi ſemel Miſſa ſolemnis hora competenti, & in ea pulſatur campana prima omnium, nec licet alijs præuenire, etiā Regularibus ex prohibitione Synodi Diœceſanæ ſub b. m. Illuſtriſſimi Maximiliani de Palumbaria Archiepiſcopi annis retroelapſis celebratæ, cuius Secretarius fui, licet indignè, & compoſitor, vt etiam & Prouintialis.

Quæſitum XXIV.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdos non poteſt celebrare nō recitatis prius Horis canonicis. Declaratur nu. 2.*

An liceat Sacerdoti celebrare nō recitatis Horis canonicis?

1 DIc, quòd non, & peccat mortaliter qui celebrat non dicto prius Matutino cum Laudibus, & eſt communis tam Theologorum, quàm Summiſt. vid. Sot. in 4. d. 13. q. 2. art. 2. Sed ſi vrgens eſſet neceſſitas, puta pro vitando ſcandalo, ſeu damno, liceret, nec peccaret, vel venialiter, Nauar. c. 25. nu. 83. Silu. verb. Miſſæ 1. nu. 6.

2 De recitatione Primæ dic, quod vbi eſſet conſuetudo, vel ſtatutum loci nō celebrandi, niſi ea recitata, vt in Synodo Beneuentana ſub ante D. Iacobo Cardinali Sabello, peccaret celebrās celebrando ſine neceſſitate, Sot. de iuſt. & iur. lib. 10. q. 5. art. 4. Silu. loc. citat. Nauarr. cap. 25. nu. 83. Sed vrgente neceſſitate poterit celebrari non recitata Prima, immò nec Matutino, vt dictum eſt, ſic etiam poterit celebrare non adimpleta pœnitentia iniuncta, dum non ſit in mora adimplendi, Abb. in c. de homine de celeb. Miſſ. ſed eſt tutius adimplere, quando adeſt commoditas.

Quæſitum XXV.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdos non poteſt celebrare ſine veſtibus ſacratis, ſeu benedictis. Declaratur nu. 2.*

3 *Item non poteſt celebrare in altari, in quo illa die celebrauit Epiſcopus, niſi ex diſpenſatione Epiſcopi, vel neceſſitate.*

4 *Veſtes ſacræ debent teneri mundæ, & ibi datur conſilium celebrantibus de modo tenendi dictas veſtes.*

An

An liceat Sacerdoti celebrare Miſſam ſine veſtibus ſacratis,ſeu benedictis?

1 DIc, quòd ſi quis ex ignorantia craſſa, vel ſcienter ſine Manipulo,aut ſine Stola, vel Caſula benedicta celebraret, peccaret grauiter, idem dic de Cingulo vbi eſt conſuetudo illum benedici, aliàs non peccaret, Riccard.in 4.ſenten. d.15.art.4. Sed
2 Sacramentum conficeretur, qui ſubiungit,quòd celebrare in caſu neceſſitatis ſine veſtibus benedictis,non eſſe peccatum, ſed id audere abſque neceſſitate eſſe grauiſsimum mortale.
3 Nota, quod nō licet celebrare in altari in quo illo die celebrauit Epiſcopus,c.final.de conſecr. diſt.2. niſi ex diſpenſatione Epiſcopi,vel neceſsitate vrgente, gl. d.cap. Specul. de diſpenſ.§.5.& Io.de Selua de benefic.par.4.

Sed etiam hic annectendū eſt, quòd celebrare omninò ſine veſtibus Sacerdotalibus, aut ſine Vaſis ſacris, eſſet grauiſſimum ſacrilegium, ſed in graui neceſſitate, vt in India, vel in Anglia liceret, ſi tamen abeſſet contemptus Religionis, & veſtes ſacræ, & vaſa haberi nullo modo poſſent, Silu.verb.Miſſa 1.q.2.nu.2. cui cōtradicit Nauar.& Couarr. lib.3.de celeb.Miſſ. quòd non liceat,etiam metu mortis,quæ opinio eſt nimis rigida, & ideo prima tanquam mitior eſt ſequenda, quia pia Mater Eccleſia non ſolet obligare tanto rigore, cum non fiat contemptu fidei,& reli-
4 gionis. Et hic teneant mente Parochi, & corde figant, Veſtes ſacras debere teneri mūdas, & qui eas ſordidas,& immundas tenet, vt eſſent veſtes Macellariorum, peccant mortaliter, vt habetur 40. q.1. c. quod principaliter. Mundæ enim debent eſſe veſtes Sacerdotales in tanto myſterio cōficiendo, vt habetur in c.relinqui nolumus,de Cuſtodia Eucha. quæ munditia veſtium,munditiā interiorem,quæ præcipuè requiritur in celebrante, ſignificat.

Quæſitum XXVI.

SVMMARIVM.

1 *Veſtes ſacerdotales ſi iterum accommodentur, quia erant conſumptæ, debent iterum benedici,vt poſſit cū eis celebrari.*
2 *Parochus poteſt vti Stola loco Cinguli, & è contra. Declaratur ibid.*
3 *Miſſa ſicca, quæ ſit, & ibi dicitur ſi poteſt celebrari.*

An liceat celebrare cum veſtibus ſacerdotalibus,quę quia conſumptæ erant, fuerunt refectæ, & accommodatæ, ſi iterum non benedicantur?

1 DIc, quòd ſi refectio, aut accommodatio ipſarum mutauit

tauit

tauit illarum formam, vt ſi partes principales, vt manica, vel pars principalis ſuperior remoueatur, quia in iſto caſu forma prima ſoluitur, & mutatur, opus eſt, eas iterum benedici, & qui ſecus faceret cum eis celebrando, peccaret, Summ. Confeſſ.lib.3.tit.24. q.162. & Palud. relatus per D. Anto.3.p.tit.13.c.6. Itaque habe regulã in mutatione formæ priſtinæ requiri iterum benedictionem, ſed vbi forma non mutatur, non requiri benedictionẽ, D.Anton.loc.cit. Angel. verb.benedictio §.3. Silu.ibidem, §.6. & alij Summiſt. Itaque ſi ex Stola fieret Manipulus, vel ex Manipulo lõgo fieret Stola, vel ſi ex Caſula dupla fierent duæ, poſſet Parochus ſecundum hic datam regulam ſe gerere; & vbi veſtis ſacra eſſet polluta luxuria, non poſſet cum ea celebrari, ſed deberet rebenedici, gl.in c.ad nup. de celeb. Miſs. Silu.ver.veſtis, nu.5.

2 Et an poſſet Parochus loco Cinguli vti Stola, & illa ſe cingere, vel loco Stolæ vti Cingulo pro Stola, maximè ſi erit latus, & longus? dic, quòd ſic, quia vſus ipſorũ in hoc caſu neceſſitatis (aliàs non liceret) attenditur, D.Ant. 3.p.tit.13.c.6.§.5. & Summiſtæ loc.cit. Palud. loc.cit. & ſi celebrans omitteret aliquas cærimonias ſolitas, vel orationẽ, aut alia, aut Manipulum, vel Stolã, ſi abſit malitia, vel contemptus, ſed ex inaduertentia, vel animi perturbatione, & neceſſitate, non eſſet mortale, ſic etiam ſi ex obliuione, Adria.in 4. ſent. de Euch. in ver. quæ incipit, Viſo de impedimento, Nauarr.loc.cit.

Sed ſi adeſſet cõtemptus, eſſet grauiſſimum peccatum mortale, quia veſtes ſacræ, & vaſa, ſecundũ ritum Eccleſiæ in celebratione ſunt de præcepto Eccleſiæ, & omittere regulariter eſſet peccatũ mortale, niſi excuſaret obliuio, inaduertentia, vel neceſſitas, Nauarr. c.25. nu 83. & prius eo D. Anton. 3.p.tit.13.c.6.§.5. Silu. verb.veſte, nu.2. & alij tam Theologi, quàm Summiſtæ.

Et hic nota obiter, quòd licet Sacerdoti celebrare Miſsam, quã vocãt ſiccam pro deuotione alicuius, quia non adeſt Sacerdos, qui poterit celebrare cum ſacrificio, Duran.in Rationali, lib.4.
3 c.1. & Miſſa ſicca eſt, quando dicũtur omnia, præter verba ſacra canonis. Itaque id liceret, ſecundum Duran. etiam non ieiuno, ſed hodie hoc ab vſu receſſit, & deuoto id petenti ſufficeret eius deuotio, iuxta illud Auguſtin. Quid acuis dentem, & paras ventrem? crede, & manducaſti.

Quæſitum XXVI.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdos non poteſt celebrare ſine veſtibus ſacerdotalibus, niſi vrgente neceſſitate, & ſine*

ne contemptu Religionis.
2 *Item neque poteſt celebrare ſine calciamẽtis. Declaratur ibid.*
3 *Veſtes ſacræ, & ſacerdotales etiã conſumptæ non poſſunt conuerti in vſum prophanum, nec vendi ad illum vſum.*

An liceret celebrare ſine Stola, vel Caſula, ideſt Planeta, vel Manipulo in caſu neceſſitatis, vt ſi immineret feſtũ, in quo Sacerdos teneretur celebrare, & populus audire Miſſam, vel pro communicando infirmo, aut alia neceſſitate?

1 DIc, quòd ſi neceſſitas vrgeat, poteſt ſine peccato, dummodo non in contemptum religionis, ab Angel. de Miſſa, num.285.

Et Sentientes contrarium debent intelligi ſecluſo caſu neceſſitatis, quia tunc peccaret maximo peccato ſacrilegij, & potiùs deberet mori, quam celebrare ſine veſtibus Sacerdotalibus, Caiet. 1.2.q.96.art.4.

2 Et de celebrante ſine calceamentis dic, quòd ſi non habet ea, & abſit contemptus, poteſt ſine peccato celebrare diſcalceatus, ſed ſi habet, debet cum calceis celebrare, immò religioſi, qui ex eorum inſtituto ſolent incedere diſcalceati, debent in celebrando aſſumere calceos, vel aliud eiuſdem generis loco calceorum.

3 Et hic nota, quòd veſtes ſacrę, & Sacerdotales etiam conſumptæ, non poſſunt conuerti in vsũ prophanũ, nec vẽdi ad illũ vſum, D. Anton. 3.p.tit.13. c.6.§.6. Sil. verb. benedictio. nu.7. Piſan. ver. conſe.5. ſed debent comburi cum ita conſumptæ ſunt, & cineres in ſacrarium, vel in alium honeſtum locum reponi, ne pedibus terãtur, c. altaris, de conſe. diſt. 1. D. Tho. 3.p. q.83. art.3. ad tertium, D. Anton. 3.p.tit.13. c.6. num.6.

Quæſitum XXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Veſtes mulierum aptæ fieri Planetas, vel Pallia altaris, aut Palliola Cuſtodiæ Sanctiſſimi Sacramenti, conceditur ex vniuerſali conſuetudine, & ex priuilegio Xiſti IV.*

An liceat ex veſtibus mulierũ, alias aptis, fieri Planetas, vel Pallia altaris, aut Palliola Cuſtodię Sanctiſſimi Sacramẽti?

1 DIc, quòd ſic, ex vniuerſali conſuetudine, imò adeſt priuilegium Sixti Papę quarti ad fauorẽ Fratrum Minorum, licet aliqui id negent non licere, fundantes ſe in gloſa c. ad nuptiarũ de conſec.d.1. & eſt Archidia. &

Vgo,

Vgo, vt refert D. Anton. 3. p. tit. 13. c. 6. §. 1. Tabien. ver. conſe. 2. §. 11 Silu. verb. corporal. & verb. veſtis, §. 4.

Quæſitum XXIX.

SVMMARIVM.

1 *Vaſa ſacra poſſunt vendi, & in alios vſus conuerti, dummodo vrgeat neceſſitas, & vendantur alteri Eccleſiæ.*

An vaſa ſacra poſſint vendi, vel in alios vſus conuerti?

1 DIc, quod poſſunt vendi alteri Eccleſiæ ob neceſſitatem, non ſolùm perſonis Eccleſiaſticis, ſed etiam ſecularibus, quando emerent pro alia Eccleſia, ſecus non poſſent vendi ſecularibus, niſi fracta, & execrata, nō autem integra, & cōſecrata, quia tunc eſſet maximum ſacrilegium, Piſan. ver. conſe. §. 2. Summ. Confeſſo. lib. 3. tit. 24. q. 160. Tabien. ver. conſe. §. 35.

Quæſitum XXX.

SVMMARIVM.

1 *Vaſa ſacra non poſſunt tangi ab alijs, quàm à perſonis ſacris. Amplia num. 2. & 3. Limita nu. 4.*

An vaſa ſacra poſſint tangi ab alijs, quàm à Sacerdotibus?

1 DIc, quòd regulariter non poſſunt tangi, niſi à perſonis ſacris, vt præsbytero, Diacono, vel Subdiacono de conſe.
2 d. 14. c. Altaris, qui mortaliter peccant, ſi tāgerent corpus Chriſti, vel res ſacras in peccato mortali, excluſo caſu neceſſitatis, in quo etiam laicis liceret, D. Tho. 4. ſent. d. 24. art. 3. Nau. in man. c. 25. nu. 7. Silu. verb. ordo 4 §. 2.

3 Solent DD. Vicarij Epiſcoporum concedere licētias etiam alijs in minoribus conſtitutis ob neceſſitatem aliorum habilium.

4 Et de tangentibus ex inaduertentia, vel deuotione dic, nō peccare, vel leuiſſime venialiter. Si quis verò id auderet in vſu profano, vt, ſi quis biberet in Calice in mēſa profana, vel vteretur veſtibus ſacris in torneamentis, aut alijs profanis vſibus, peccat mortaliter, tā perſona illa ſecularis, ſiue vir ſit, ſiue mulier, quàm perſona Eccleſiaſtica, quę ea accommodat; & ſciatur hic, quòd laici, etiam mulieres, poſſunt execrare Calicem conſecratum, vel frangendo animo execrandi, vel remouendo formam Calicis, vt forma Calicis tollatur, vel Patena, Sil. & Alij in ver. Calix. Summ. Confeſ. lib. 3. tit. 24. q. 160. Armilla dicit non eſſe clarum in iure modus execrandi per ictus, vt faciunt Fabri, verb. Calix nu. 4.

Quæ-

Quæſitum XXXI.

SVMMARIVM.

1 *Celebrari non poteſt in Calice ligneo,ſeu uitreo,vel ſtanneo, vel ex alia materia,quàm ex auro,vel argento.*

2 *Zepherini Papæ pulchrum dictum refertur.*

An poſſit celebrari in Calice ligneo,ſeu vitreo,vel ſtanneo, vel ex alia materia, quàm ex auro, vel argento?

1 DIc,quòd nõ,ſed olim in primitiua Eccleſia conſecrabatur in vaſis ligneis, & tempore Zepherini Papæ in calice vitreo, quod poſtea vtrunque fuit prohibitum, ne in ligneo Calice propter poros ligni,quia ſanguis imbiberetur in poris ligni,nec in vitreo, vel chriſtallino propter fragilitatem, & periculum, nec in ferreo, propter ineptitudinẽ, aut ex alijs materijs propter eruginem, D.Th.3.p.q.87.art.3. ad tertium, D.Antonin.3.p.tit.13. c.6.§.5. Duran.lib.1. Rationalis c.3.litera ypſilon. Itaque ab vſu receſſit,quod in primitiua Eccleſia ob iuſtas cauſas permiſſum fuerat,nunc autem debet conſecrari in vaſis argẽteis, vel aureis, quod vel inſtituit Siluester Papa primus, vel Vrbanus, quod fuit ſtatutum in Concilio Romano, vt ſcilicet conſecraretur in Calice argenteo, vel aureo, ſiue etiam in ſtãneo propter paupertatem, ſed hoc etiam ab vſu receſſit.

2 Et hic nota pulchrum dictum Papę,vt volũt,Zepherini,licuiſſe tunc in vaſis ligneis conſecrare, quando miniſtri aurei ipſi erant, ſed effectis ipſis ligneis.i.mundanæ vitæ, non licere niſi in vaſis argenteis, vel aureis, vt ſaltem, vel ex hoc magis myſterium ſacrum ornetur.

Quæſitum XXXII.

SVMMARIVM.

1 *Calix fractus indigit conſecratione, ſi ei eſt ablata prima forma.*

2 *Corporalia lota non indigent noua benedictione, & ibi refertur quis habeat ea lauare.*

An Calix fractus indiget conſecratione, ſic etiam quando deauretur deſuper?

1 DIc,quod quando nõ eſt ablata prima forma Calicis,nõ eſt opus iterum conſecrari, ſecus ſi eſſet ablata forma,quia tunc eſſet execratus,& iterũ deberet cõſecrari, D.Anton.3.p.tit.13.c.6. § 5. Silu.in ver.Calix.

2 De Corporalibus lotis dic, quòd Corporalia lota non indigent noua benedictione, quia nõ amit-

amittunt primam formam,& lauari debent,& poſſunt,ſed prima lotione per ſacrum miniſtrum altaris, & non per alios inferiores, neque per Moniales. Aliqui dicũt, id nec licere Subdiaconis, quia ij habẽt tantum poteſtatem ſuper vaſa ſacra, non autem ſuper Corporalia, D.Th.4.ſentent. d.24.q.2.art.3. ad tertium.

Sed id licere tãtùm Diaconis, & Sacerdotibus, D.Anton. 3.p. tit.13.art.6.§.5.

Vſus in Diœceſi Beneuentana, vt animaduerti in Viſitatione, habet, quod etiã Subdiaconi tangunt, & lauant Corporalia.

Regulares verò Mendicantes ex priuilegio Xyſti quarti, & Calliſti tertij etiam laici poſſunt illa tangere, & lauare. Tabien.verb. conſ.5.§.2.Armill.§.2.

Quæſitum XXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdos celebrans ſuper altare portatile, peccat mortaliter. Limitatur in Epiſcopo.*
2 *Tobaleæ quot eſſe debent pro celebratione.*

An Sacerdos peccet celebrans ſuper Altare portatile, cuius lapis ita eſt paruus, vt non capiat Hoſtiam, & Calicem?

1 DIc, quod peccat mortaliter: & idẽ dic de celebrante ſuper Altari fracto enormiter, & in magna ipſius parte, Nauarr. cap.25.nu.83. Epiſcopus habet priuilegium Altaris portatilis, immò poteſt celebrare etiam de nocte, & poſt meridiem.

2 De tobaleis dic, quod debent eſſe tres, vt docent ſtatuta Synodalia in Diœceſi Beneuentana, vel iuxta vsũ Matricis Eccleſię: & peccaret grauiter qui malitiosè, vel in cõtemptum minori numero tobalearum celebraret, licet conficeret Sacramentum, ſecus ſi inaduertentia, vel ob neceſſitatem celebrandi, vt pro vitando ſcandalo, vel pro communicando infirmo, & ſimilibus, vel ſi ob paupertatem.

Quæſitum XXXIV.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia ſi execretur, non dicitur execratum altare in ipſa poſitum.*

An ſi execretur Eccleſia, dicatur etiam execratum altare, ſeu altaria in ipſa Eccleſia poſita, & conſecrata, ita vt indigeant reconſecratione?

1 DIc, quòd non, & ratio eſt, quia cõſecratio Eccleſiæ, & conſecratio Altarium ſunt ad inuicẽ diſtincta, & vna ab altera

non

non pendet, itaque valet regula, quòd vna execrata, alterum execratum non dicatur, & è contra, D. Anton. 3. p. tit. 12. cap. 6. §. 9. Duran. in Ration. lib. 1. c. 6. Abb. in c. propoſuiſti de conſecr. Eccleſiæ, Summiſt. in verb. altare.

Quæſitum XXXV.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia polluta, dicitur etiam pollutum altare in ipſa exiſtens. Redditur ratio nu. 2.*

3 *Eccleſia polluta, non dicuntur polluta altaria ipſius portatilia.*

An ſi eſt polluta Eccleſia, intelligatur & pollutum Altare ipſius Eccleſiæ?

1 Dic, quòd ſic, Silu. in verb. altare, §. 8. Tabien. ibidem nu. 9. Armilla nu. 12. Piſan. caſu 3. Et ratio diuerſitatis eſt, quia conſecratio Eccleſiæ conſiſtit in parietibus, & eſt ſeparata à conſecratione altaris. Hinc ſequitur, quod diruta Eccleſia, & ipſius forma penitus ablata, adhuc reſtat ibi altare, quod erat conſecratum, ſic etiam ſi diruatur altare cõſecratum, & remaneat Eccleſiæ forma integra, ipſa Eccleſia non dicetur execrata ob altaris ruinam.

2 Non ita ſe habet caſus in pollutione, nam pollutio reſpicit totum corpus Eccleſiæ nõ ſolùm parietes. Itaque polluta Eccleſia, dicitur pollutũ & altare ipſius Ecleſiæ, quia corpus Eccleſię eſt quoddam vnum, & altaria concurrunt ad ipſius integrationem, Abb. d. c. propoſuiſti de conſec. Eccleſiæ, Silu. verb. altare, §. 8. Ang. §. 4. & alij Summiſt. d. verb.

3 Et an polluta Eccleſia dicantur polluta etiam altaria portatilia, dic, quòd polluta Eccleſia non intelliguntur polluta altaria portatilia, & mobilia, cũ hæc ſint ſeparata, & ſeparari poſſunt ab Eccleſia, ſed altaria fixa, & ſtabilia ſunt de corpore ipſius Eccleſiæ. Itaque iniuria facta ipſi Eccleſiæ, intelligitur facta etiã ipſis altaribus, Silu. & alij loc. cit. vt ſupra.

Quæſitum XXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdos non poteſt celebrare ſine aliquo ſibi inſeruiente, aut Clerico, vti eſſe debet, aut laico defectu Clerici. Ampliatur in Sacerdote Heremita, qui neque poteſt. nu. 2.*

3 *Miniſter Sacerdotis non poteſt eſſe fœmina.*

4 *Sacerdos incipiens Miſſam cum Clerico ſibi inſeruiente, & relinquatur inter celebrãdum, quid agere debeat, latè explicatur.*

5 Sa-

5 *Sacerdos non poteſt celebrare in altari, in quo eadem die celebrauit ipſius Epiſcopus, ſine licentia, & ibi adducitur obſeruantia Beneuenti in hoc.*

An Sacerdos poſſit, aut debeat celebrare ſine aliquo ſibi inſeruiente, & in Miſſa reſpondente, ſiue Clericus ſit ille, vti eſſe debet, ſiue laicus, vt permittitur defectu Clerici?

1 DIc, quòd non, quia debet adeſſe ſaltem vnus, qui reſpondeat celebranti in perſona Eccleſiæ, & totius populi, D. Anton. 3.p.tit.13.cap.6.§.5. Silu. verb. Miſſę 1.§.2. Ioan. de Lapide c.5.art.3.d.3. Fœmina verò nullo caſu poteſt deſeruire celebranti.

2 Hinc ſequitur nec poſſe Sacerdotem Hremitam ſolitariũ, aut in alio loco incluſum celebrare, niſi ſaltem vno præſente, D.Tho.3.p.q.23.art.5. Et hæc eſt melior ſententia, quam gloſę in c.hoc quoque de conſecr. d.1. & Io.de Lapide c.5.art.3.dub.7.& Sot.d.13.q.20.art.1. qui id concedit in neceſſitate vrgenti, & cum diſpenſatione. Et aduertatur, quòd licet vnus ſit præſens, adhuc verè dicit Sacerdos, *Dominus vobiſcum*, in plurali numero, quia verificatur etiam de Angelis aſſiſtentibus celebrāti. Hic tamen miniſter Sacerdo- 3 tis non poteſt eſſe fœmina etiam monialis, quia fœmina eſt inhabilis ad miniſtrandum altari in tanto ſacrificio, c.cit. hoc quoque de conſe. d.3. & Ioan.de Lapide loc.cit.

4 Si verò Sacerdos incœpiſset Miſſam cum Clerico ſibi inſeruiente, & relinquatur inter celebrandum, nec adſit alius, qui ſuppleat, dic quòd ſi id accidat ante conſecrationem, debet potius relinquere Miſſam, vel expectare aliquantulum ſpatio conuenienti, ſi forſan aliquis adueniat, ab Ang.dial.5.nu.411. Sed ſi incœpit Canonem, debet procedere ſolus ad celebrationis perfectionem, tunc enim neceſſitate compulſus, videtur hic poſſe facere, Io.de Lapid.loc.cit. Et hic nota, quòd ex decreto Papę Soteris non debet celebrari Miſſa ſolēnis, niſi ſaltem duobus præſentibus, vt habetur de conſec. d. 1. c.hoc quoque. Sed in Miſſis priuatis ſufficit vnus nomine totius populi abſentis, D.Th.3.p.q.83. ar.5.ad duodecimum, D.Anton. 3.p.tit.23.c.6.§.5. Duran.in Ratio.c.1.Piſan. in verb. Miſſa §.5.

5 & alij Summiſt. Nota etiã non poſſe Sacerdotem (& hoc regulariter) celebrare in altari, in quo eodem die celebrauit Epiſcopus ipſius ſine licentia ob reuerentiã ſui Pontificis, poſſet tamen finire Miſſam incœptam ab ipſo Epiſcopo impedito aliquo accidenti, Ioan.de Lapi.c.3.art.2.dub.4.

Silu.verb.altare, §.5.Tabie.§.12. Sed Beneuēti obſeruatur vt Canonici celebrent in altari, in quo eadem die celebrauit Illuſtriſsimus Dominus Archiepiſcopus, eo ſciente, & tolerante, & obſeruatur etiam vt in altari maiori non poſsint celebrare alij Sacerdotes, niſi ſint Canonici, vel Hebdomadarij, & alij non admittuntur ſine licentia Reuerendiſsimi D.Vicarij.

Quæſitum XXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdos an poſſit celebrare corā excommunicato, & quid agere debeat ſi excommunicatus eſt perſona potens, & ipſe debilis, nu.2.*

An Sacerdos poſſit celebrare coram excommunicato?

1 DIc, quod non, ſi eſt excommunicatus notorius per cedulones, vel publicus percuſſor Clerici, vel etiam ſi eſt notoriè crimínoſus, ſed debet expelli, ſi fieri poteſt ſine ſcandalo, quòd ſi nequit, debet Sacerdos, ſi non incœpit Canonem, introire in Sacriſtiam, ſed ſi incœpit Canonem Miſſæ, debet perficere cum vno tātum Miniſtro, cæteris excluſis, ne incurrant in excommunicationem participando in diuinis cum excommunicato, & ita permittitur perficere Miſſam præſente excommunicato nolente exire de Eccleſia, Nauarr. cap. 27. nu.34. D.Anton. 2.p. tit.4. c.6. §.4. & 3.p. tit.25. c.2. §.8. Armiil.ver.excommunicatio.§.39.

2 Et ſi excommunicatus cogeret Sacerdotem ad celebrādum, quia eſt perſona potens, & Sacerdos debilis, tūc dic, quod aut cogeret illum ad celebrandum in contemptū Eccleſiæ, & legum Eccleſiaſticarū, & tūc Sacerdos potiùs mori debet, quā corā eo celebrare, ſed ſi cogeret illum ad celebrandum, vel ob deuotionē, vel ad oſtendendum ſe non eſſe excommunicatum, tunc excuſaretur Sacerdos, ſi coram ipſo celebraret, ob timorem ei incuſſum, Nauarr.c.27.nu.36.Sot.4. ſentent.d.22.q.1.art.4. Silu.uer. excommunicatio.5.§.23.

Quæſitum XXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdos non poteſt celebrare ſine lumine, vel cum certo candelarū numero, vel ſine libro.*

An liceat celebrare ſine lumine, vel cum certo candelarum numero, vel ſine libro?

1 DIc, quòd mortaliter peccat qui celebrat ſine lumine, ac etiam deponitur, & eſt cō-

munis

munis opinio, & habetur in c.finali de celebr. Miſſ. & debet eſſe lumen cerei, vt eſt antiquiſsima Eccleſiæ conſuetudo, & contrafacere eſſet mortale, non autem eſt decens lumen olei, vel alterius liquoris, ſed ſi quis ob inopiam, ſecluſo contemptu deuotione motus, celebraret cum lumine alterius liquoris, forſitan non peccaret, ab Angelo dial.5. ſub nu. 425. P. Hieronymus tenet eſſe mortale, celebrare ſine Cruce, ſine luminibus, ſine tobaleis, vel cum corporalibus valdè immundis.

De candelarum certo numero dic, quòd eſt prohibitus à Sac. Conc. Trid. ſeſſ.22. & in hoc Sacerdos debet ſe conformare cõſuetudini Eccleſiæ, quæ regulariter eſt, vt ſint duæ, & poſſunt etiã eſſe plures, dummodo abſit ſuperſtitio, quæ candelæ debẽt ardere vſque ad finem Miſſæ, vt conſuetum eſt, & aliàs facere ſaperet vitium auaritiæ.

Celebrare ſine Miſſali, dic, quòd non licet, & contrafaciens peccaret mortaliter, quia exponeret ſe periculo errandi in re tam graui, maximè ſi monitus non ſe corrigeret, ab Ange. d. Dial.nu.429. & ſi, vt dictum eſt, Epiſcopus cæcus celebrauit Tridenti ſine Miſſali, id fuit ex diſpenſatione Apoſtolica, Sot. in 4. ſup.cit. Et nota, quod nõ eſt obſeruandum quod præcipiebatur 11.q.8.c.ſæpè continues, quia vt ait gl. ab vſu receſsit, vt celebretur Miſſa per probationem furti inter Monachos.

Quæſitum XXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdos debet in celebratione Miſſæ ſecreta ſecretè proferre, & aliter faciendo peccat.*

2 *Item non poteſt ex deuotione dicere in Miſſa aliqua, quæ non ſunt in Miſſali, poſſet tamen aliqua deuotè cogitare, & meditari.*

3 *Item non poteſt omittere de his, quæ dicenda ſunt, nam ſi omitteret aliqua de forma conſecrationis, Sacramentum non conficeretur, & ipſe grauiſſimè peccaret.*

4 *Item ſi recordetur ſe in Miſſa aliqua non dixiſſe, non debet repetere. Declara vt nu.5.*

An Sacerdos debeat dicere verba Canonis, & conſecrationis ſecretè, & cætera alta, & intelligibili voce, vel ſi poſſit addere, vel omittere?

1 DIc, quòd debet ſecreta ſecretè proferre, & aliter faciendo peccat, quia nõ ſine myſterio ab Eccleſia ita præceptum eſt, Ioan. de Lapi. c.6. art.2. dub. 3. & 4. Conc. Trid. ſeſſ.22. c.5. de ſacrif. Miſſ. quæ verba conſecra-

tionis debent proferri, nec nimis lentè, nec nimis properè, ſed decenti quadam grauitate, nec memoriter, licèt memoria teneri debeant. Cætera verò debet dicere alta, & intelligibili voce, vt conſuetum eſt.

2 Nec poſſet Sacerdos etiam ex deuotione dicere in Miſſa aliqua, quæ nō ſunt in Miſſali, poſſet tamen aliqua deuotè cogitare, & meditari, Ange. verb. Miſ. §. 11. Io. de Lap. c. 6. ar. 2. dub. 2. Silu. verb. Miſsa 1. Roſell. Euch. 3. nu. 4. nec poſſet obſeruare, & adhibere in Miſſa alias cærimonias, & ritus, quam qui ab Eccleſia ſunt approbati, & in vſu in Miſſæ celebratione, Conc. Trid. loc. cit.

3 Nec poſſet omittere Sacerdos de his, quæ dicenda ſunt, nam ſi omitteret aliqua de forma conſecrationis, Sacramentum non conficeretur, & ipſe grauiſſimè peccaret, ſi ex propoſito omiſiſſet, ſecus ſi ex inaduertētia, ſi verò omitteret de his, quæ nō pertinent ad conſecrationem, tunc Sacramentum teneret, ſed grauiter peccaret omittendo, maximè ſi eſſet pars notabilis, vt Euāgeliū, vel Epiſtola, vel Introitus Miſſæ, & ſimilia, ſecus eſſet ſi omitteret vnum, vel duo verba, quia leuis peccaret, ſi ex negligentia, ſed ſi ex malitia, peccaret mortaliter grauiſſimè, Io. de Lapide c. 6. art. 2. dub. 14. Silu. verb. Miſsa 1. §. 2. & 3. D. Anton. 3 p. tit. 13. c. 6. §. 6.

4 Et hic nota, quòd ſi Sacerdos recordetur ſe in Miſſa aliqua nō dixiſſe, non debet repetere, vt ſi v. g. dixit Euangelium, & recordatur non dixiſſe Epiſtolam, nec per hoc peccat, ſed ſi incœpiſſet Kyrie eléiſon, & recordetur non dixiſse Introitum, tunc poterit repetere, quia in tam paruo ſpatio populus non aduerteret, & niſi replicaret in hoc caſu ex negligentia, peccaret grauiter.

5 Sed ſi omiſiſset ex verbis conſecrationis, tunc deberet omninò replicare, dummodo certus eſset omiſiſſe, etiam ſi vlterius in celebratione proceſſiſset, Sil. Miſsa 1. nu. 3. Armill. Miſsa vltimo, nu. 8. poſt benedictionem nil eſt repetendum, vt infra.

Quæſitum XL.

SVMMARIVM.

1 *Celebrans neceſſariò debet habere attentionem actualem, vel ſaltem virtualem in celebrando, & ibi explicatur quæ ſint hæ attentiones. Amplia nu. 2. & 3.*

An in celebrante requiratur attentio neceſſariò.

1 DIc, quòd ſic, vel actualis, vel ſaltem virtualis, quæ oritur ex actuali, & actualis attentio eſt, cum quis intendit actualiter

liter conſecrare, & facere quod facit Eccleſia, & Chriſtus inſtituit. Virtualis verò eſt, cum quis primò habuit intẽtionem actualem conſecrandi, & cum ea adiuit altare, & tunc licet in conſecratione non habeat actualem intentionem, ideſt non cogitet actualiter de conſecratione, adhuc conficit Sacramentum, & ſufficit intẽtio illa virtualis, quia virtualiter eſt in eo prima intentio actualis, dummodo poſt habitam primo actualem intentionem non habuerit omninò contrariam intentionem non conſecrandi; quia in hoc caſu non conſecraret, nec diceretur habere intentionem virtualem, quæ eſſet interrupta per intentionem contrariam.

2 Sed debet ſtudere celebrans, vt habeat actualem intẽtionem, alioquin eſt in periculo peccandi grauiſſimo peccato ſacrilegij, D. Thom. 3. p. q. 64. art. 8. ad tertium, D. Antonin. 3. p. tit. 13. c. 6. §. 2. Ioannes de Lapi. d. c. 2. art. 3. dub. 3.

Adde, quòd requiritur etiam in celebrante attẽtio in eis, quæ dicit, vel agit, & hæc optimũ eſt ſi ſit actualis, ſed ea deficiẽte ſufficit etiam virtualis, & eſt communis opinio, & hæc virtualis attentio interrũpitur, & tollitur per voluntariam vagationem ad alia contraria, & diuerſa.

Et ſi celebrans dubitat ſe non poſſe habere actualem intentionem, & tamen celebrat, non peccat, dummodo doleat, & vellet habere, quia in hoc caſu ſufficit attentio virtualis, ita tamen vt ex ſua culpa non euagetur eius mens, quia tunc peccaret, ſed ſi ex defectu naturæ id ei accideret, & doleret, non peccaret nec venialiter, Silu. verb. Miſſa §. 3. licèt Riccar. aliter ſentiat, ſed nimis rigoroſè.

3 Adde etiam, quòd in celebrãte neceſſariò requiritur deuotiõ actualis, vel ſaltem virtualis, D. Tho. in 4. ſenten. d. 8. in expoſitione literæ, D. Anton. 3. p. tit. 13. c. 6. §. 8. Sil. in verb. Miſſa 1. §. 3.

Quæſitum XLI.

SVMMARIVM.

1 *Miſſa de congruitate, non de neceſſitate debet conformari officio.*

2 *Sacerdos Latinus debet latina lingua celebrare, Græcus græca, & non vulgari, & aliter aſſerens eſt excommunicatus.*

An Sacerdos teneatur dicere Miſſam de eo, quod recitauit officium, & ſecus faciendo peccet?

1 DIc, quòd non peccat, quia de congruitate, non de neceſſitate debet Miſſa conformari officio, D. Anton. in 2. p.

tit.9. c.10. §.2. Roſell. in verb. Miſs.nu.14. Sed ſi ſine cauſa vrgenti id faceret,eſset reprehenſibilis, D.Anton.loc.cit.

2 Et debet celebrare,vt ſupradictum eſt, Latinus Sacerdos latina lingua. Græcus Greca,nõ tamen vulgari,ſed lingua apud eos atthica, vt vocant,vel etiam extra vulgum, & aſserens Miſsam debere dici tãtum lingua vulgari, eſt excõmunicatus ex Conc. Trid.ſeſs.22.Canone nono.

Quæſitum XLII.

SVMMARIVM.

1 *Miſſa debet celebrari pro omnibus Chriſti fidelibus viuis, & defunctis. Amplia num.2.3. Limita num.4.5.6. Declara nu.7.8.9.*

An liceat celebrari pro omnibus indifferenter,etiam infidelibus?

1 DIc, quòd Miſsa debet generaliter celebrari pro omnibus Chriſti fidelibus viuis, & defunctis, vt habetur de conſe.d.1.c.viſum. Nec licet celebrare pro infidelibus,quia nõ ſunt mẽbra Chriſti, D.Thom.3.p.q.19.art.7.ad ſecundum,Ang.in verb. Miſs.§.49. Silu.in verb.Miſsa 1.§.8. Vnde D.Auguſt.ad Renatũ, pro Infidelibus offerri corpus Chriſti non valet.

2 Adde, quod licet celebrare pro paruulis defunctis, baptizatis tamen, licet ſine reatu culpæ,& pœnæ deceſserint, tum ob ſolatium viuorum ad oſtendendum eos eſse membra corporis Chriſti myſtici, tum ad extollendum myſterium paſſionis, quod in ſacrificio Miſsæ commemoratur, per quod paruuli ipſi ſine proprio merito æternam ſalutẽ conſequuti ſunt, non tamen celebratur pro augmento gloriæ ipſis, vel pro remiſſione alicuius culpæ, aut pœnæ, D.Tho.4. ſent.d.12.q.2.& 3.art.1. Piſan. verb.Miſsa §.10. Sil.verb.Miſſa 1.§.8. Angel. §.8. Tabien.§.57. & Piſan.iterum §.19.

3 Immò licet etiam celebrari, immò & debet pro Sanctis, qui ſunt in Paradiſo, ideſt pro eorũ honore,& gloria, vt eorum gloria accidentalis augeatur, quia Sancti gaudent de eo quod ſciũt fieri ad laudẽ Dei, maximè eorũ cauſa,Silu.verb.Miſſa 1.§.8.Armill.§.38.

4 Sed an liceat celebrari pro excommunicatis?dic,quòd non, quia ſunt ſeparati ab vnione corporis Chriſti myſtici, ſed poteſt Sacerdos orare pro eis,vt perſona priuata,& extra Miſſam in ſecreto, vt Deus eos conuertet,& reſipiſcere faciat, ſed publicè in generali poteſt Sacerdos orare pro excommunicato,vt perſona priuata,non ex perſona Eccleſię, vt Deus eos conuertat, D.Tho. 4.ſen-

4. ſenten. d.18. q.2. art.1. ad 1. D.Anton.3.p.tit.25.c.2. Summ. Confeſſ. lib.3. tit.33. q.159. & Alij.

5 Et ſi Sacerdos celebrans, oraret publicè in ſpeciali pro excõmunicato peccaret mortaliter, intellige de oratione publica, quæ fit à Sacerdote ex perſona Eccleſiæ, D.Tho.in quolibet.11. art.9. Nauarr.c.27. nu.36. Silu. excommunicatio 1.§.2. Sed dicere Miſſam pro excommunicato quocunque modo, eſſet peccatum mort. Sed de oratione priuata à priuata perſona licet, vt ſupra reſponſum eſt.

6 Itaque conclude nõ licere orare publicè pro excommunicato publico, vt per cedulonem denũtiato, vel publico percuſſore Clerici, nam cum his duobus generibus excommunicatorum Conſtantienſe Concil. prohibuit cõmunicare. Pro alijs verò excommunicatis occultè, & non nominatis licet publicè orare. Nauar. c.27. nu.36. licèt Sot. videatur tenere contrariũ 4.ſenten.d.22. q.1.art.4. Sed ego teneo cũ Nauarro, & cum Silueſtro in verb. excommunicatio 1.§.2. qui dicit licere celebranti orare pro excõmunicato in ſpeciali ſaltẽ in Memẽto, vt priuatæ perſonæ, cuius ſententiæ eſt etiam idem Silu. in verb. Miſſa 1.§.8. & Ang. eod. verb.§.51.

7 Et cum Eccleſia publicè orat in Paraſceue .i. die Veneris Sancti pro excõmunicatis, dic quòd pro illa die, & illa vice diſpenſat, vt oretur pro excommunicatis, vt tenet Sot. in 9. de iuſt. & iure q.2.art.2. Vel quòd Eccleſia in illa hora in Paraſceue, quando orat pro Hæreticis, & Sciſmaticis, cenſetur illos abſoluere ad hunc effectum tantummodo conſequẽdum, vt idem Sot. in 4.ſent. d.22.q.1.art.1.

8 Non tamen licet Sacerdoti celebrare contra excommunicatos, vel infideles, vt Deus illos perdat, nam ſi quis malo animo, & odio priuato celebrat, vt Deus aliquem perdat, peccat mortaliter, nec nocet illi contra quem celebratur, nam natura Sacramenti eſt, vt proſit, non vt obſit.

9 Sed quando quis non ad vindictam priuatim, ſed pro iuſtitia, & bono publico ſeruando, tunc liceret. Et hoc modo licet orare, & ſacrificare, vt Deus Turcas, & hoſtes Chriſtiani nominis de medio tollat, Silu. in verb. Miſſa 1.§.8. & eſt communis opinio.

Quæſitum XLIII.

SVMMARIVM.

1 *Celebrans ſi non eſt vlli obligatus, poterit applicare valorem Miſſæ cui voluerit. Declara nu.2.*

3 *Celebrans habens reſpectum, & mentem ad eos, quibus applicat Miſſæ valorem, debet expreſsè nominare Summum Pontificem, & eius Antiſtitem, & quid ſi haberet plures Antiſtites, latè explicatur.*

An celebrans poſſit ad ſui libitum applicare Miſſæ valorem cui voluerit?

1 DIc, quòd ſi hic Sacerdos nõ eſt vlli obligatus poterit applicare valorem Miſſæ cui voluerit, ſiue viuis, ſiue defunctis, ſed ſi eſſet alicuius conuentus, vt ſunt Fratres, vel Capituli, debet hic celebrans applicare valorem Miſſæ benefactoribus cõuentus, ſeu Collegij, vel Capituli pro legatis factis, vel beneficijs vnitis, & incorporatis, vel alijs eleemoſynis, Silu. verb. Miſſa 1. §. 12. & Armill. §. 16.

2 Sed licet Frater Cõuentus, vel Canonicus Collegij, ſeu Capituli teneatur applicare valorem Miſſę benefactoribus Cõuentus Collegij, ſeu Capituli, poterit tamen tuta conſcientia, & ſine præiudicio benefactorum applicare amico, vel cõſanguineo, vel cui voluerit illam partem valoris Miſſæ, quæ eſt ei ſpecialiter debita, Nauarr. c. 25. §. 91. Maior in 4. diſtinct. 45. quæſt. 2. art. 4. Sed applicans Miſſæ valorem, debet referre ſe Dei voluntati, optimè conſulentis; Nau. c. 21. num. 3.

3 Et hic nota, quòd celebrans habens reſpectum, & mẽtem ad eos, quibus applicat Miſſæ valorem, debet expreſsè nominare Sanctiſſimum Papam, & eius Antiſtitem, & ſi haberet plures Antiſtites, eſt nominandus Antiſtes ratione domicilij, vt habetur in c. nullus de tempo. ord. in 6. quia ſubiectio ratione domicilij eſt maior, quàm alia ratione beneficij, vel originis, Nau. loc. cit. Itaque celebrans, & applicando, & orando, debet exprimere Antiſtitem Sũmum, & Antiſtes inferior, vt eſt Epiſcopus, qui Epiſcopus ſi eſſet excommunicatus, non eſſet memorandus à celebrante, quia eſt excluſus ab huiuſmodi oratione.

Quæſitum XLIV.

SVMMARIVM.

1 *Quæſitum reſoluitur negatiuè.*
2 *Qui viuit ex eleemoſynis oblatis pro Miſſis celebrandis, nõ poteſt eleemoſynam ſibi datã retinere, ſed illam in commu ni maſſa reponere.*
3 *Valor Miſſæ triplex eſt.*
4 *Notabile exemplum D. Gregorij aſſertur circa valorem eius Miſſarum.*

An

An qui accipit eleemoſynam, vt celebret Miſſam votiuam, v.g. de Sācta Maria, ſi poſtea celebrat de mortuis, ſatisfacit obligationi?

1 DIc, quod non, & iniuſtitiam facit, ſed ſi erat celebraturus ex obligatione Conuentus, Collegij, vel Capituli dicere Miſſam pro defunctis, & accipit eleemoſynā, vt dicat Miſſam etiam pro defunctis, nō ſatisfacit vtrique obligationi.

2 Sed hic aduertendum, quòd qui viuit ex eleemoſynis oblatis pro Miſſis celebrandis, nō poteſt eleemoſynam ſibi datam retinere, ſed debet in communi maſſa illam reponere, ut Patres alicuius Conuentus, uel Hebdomadarij Metropolitanæ Eccleſiæ Beneuentanæ, quos nuper pro augmento diuini cultus poſt Eccleſiam ipſam magnificentiſſimè exornatam, & pretioſiſſimis donis donatam Illuſtriſſimus, & Reuerendiſſimus Dominus Pompeius Cardinalis Arigonus Beneuentanorum Archiepiſcopus introduxit. Hi enim ſi eleeſymonā accipiunt pro Miſſa celebranda in ipſa Eccleſia, debent in communem maſſam, ut omnes participent, redigere, & ſecus faciēdo peccāt mortaliter, & furtum committunt obnoxij reſtitutioni, ab Ang. dial. 5. nu. 307.

Nec eſſet extra mortalem culpam, qui nō applicaret ualorem Miſſæ cui eſſet ex eleemoſyna accepta obligatus, ſi tamen ex malitia id facit, & ex intento, ſecus ſi ex inaduertētia, & ſciatur

3 triplicem eſſe ualorem Miſſæ, ex ſētētia Scoti quodlib. 20. ſcilicet generalem, qui debetur toti Eccleſiæ ſecundum illius intentionem, medium, qui debetur ei, pro quo Miſſa celebratur, & ſpecialem, qui debetur ipſi celebrāti. Itaque qui non applicaret medium ualorem facienti celebrare Miſſam, ſi ex intento, peccaret mortaliter, ſicut ſi non applicaret generalem toti Eccleſiæ, quia ageret cōtra Iuſtitiam, quæ reddit cuique, quod ſuum eſt, Nauar. c. 25. nu. 92. ſicut etiā peccat mortaliter, qui non celebrat tot, & tales Miſſas, quot, & quales, & in loco, quo tenetur, ſi iuſto impedimento nō excuſetur, Nauarr. loc. cit. nu. 184.

4 Nota obiter de Miſſis, quas uocant S. Gregorij, quæ ſunt numero triginta. Ait D. Gregor. 4. Dialog. quòd fecit ſepeliri in Sterquilinio Monachū nomine Iuſtum, qui mortuus eſt cum proprietate quatuor aureorū, quos etiā ſepeliri fecit, ſed præcepit celebrari pro eo uſque ad ſpatium 30. dierum, qui trigeſimo die apparuit eius fratri, dicens ſe in ultimo die communionem accepiſſe, dixit, & hoc uirtute ſacrificij, hinc laudabilis uſus Miſſarum S. Gregorij.

Quæ-

Quæſitum XLV.

SVMMARIVM.

1 *Parochus, ſeu Procurator Conuentus, Collegij, vel Capituli ſi accipit eleemoſynã pro Miſſa celebranda, poteſt celebrari facere ab aliquo eius familiari. Declara nu.2.*

3 *Qui accipit decem carolenos in eleemoſynã pro celebratione decem Miſſarum, ſi ſoluit pro illis tantum quinque carolenos, non peccat, & adducuntur diuerſæ opiniones.*

An peccet Parochus, ſeu Procurator Conuentus, Collegij, vel Capituli, ſi accipit eleemoſynam pro Miſſa cele branda, ſi poſtea faciet celebrare ab aliquo eius familiari, qui nõ vult accipere eleemoſynam?

1 DIc, quòd ceſsante fraude, ſi Sacerdos, qui uoluit gratis celebrare, erat liber, & nulli obnoxius ad celebrandum, non peccauit, quia nulli facta eſt iniuſtitia, uel iniuria, ab Ang. dial. 5. num.115.

2 Sed ſi erat Religioſus, non potuit, quia debebat celebrare pro oneribus ſuæ Religionis, & qui cępit eleemoſynam, tenetur reſtituere, uel celebrari facere.

3 Nota hic, quòd qui accipit, v.g. decem carolenos in eleemoſynam pro celebrandis decem Miſſis, ſi poſtea ſoluit celebrantibus pro decem Miſſis tantum quinque carolenos, & reliquos ſibi retinet, non peccat, & ratio eſt, quia cum ſit ſuum onus, uel celebrare, uel celebrari facere, ſufficit offerenti decem carolenos, ſi celebrentur decem Miſsę, & nulla ei fit iniuria, Sot. lib.9. de iuſt. & iure, q.3. art.3. Licet Maior teneat contrarium in 4. ſent.d.41.q.3, ſcilicet quòd peccet, & tenetur reſtituere, ſed Nauarr.c.25.nu.91. concordat has opiniones, quòd tunc peccet, quando ille, qui accipit plus, quàm erogat, nõ habet officium, quo ex lege, uel ex conſuetudine, poteſt pro cura, quam habet, ut faciat celebrare, aliquid ſibi retinere, dummodo ſatisfiat numero, ſed ſi ex officio, & onere faciendi celebrare ſibi, accipit aliquid plus, non peccat, uid. Nauarr. loc. cit.

Quæſitum XLVI.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſores Regulares, ſeu Collegiales non poſſunt ſibi retinere eleemoſynas pro Miſſis celebrandis, ſed debent illas conſignare Superiori, vel Procuratori, & ibi enarratur ſolitum in Eccleſia Beneuentana.*

2 Con-

2 *Confeſſor pro pœnitentia poteſt iniungere pœnitenti, vt faciat celebrare tot Miſſas, & hoc ceſſante fraude. Declara n.3.*

4 *Superior, ſeu Prælatus in ſua Diœceſi poteſt ſtatuere certam quantitatem pro Miſſis celebrandis, & enarratur ſolitum in Eccleſia Beneuentana.*

An Confeſſores Regulares, ſeu Collegiales poſſint ſibi retinere eleemoſynas pro Miſſis celebrandis, quas accipiunt inter audiendum confeſsiones?

1 DIc, quòd non, ſed debēt cōſignare Superiori, uel Procuratori, quia huiuſmodi celebrantes non ſunt liberi ad celebrandum pro eorum libito, ſed debent celebrare ſecundum intentionem ſuorum Superiorum, quæ eſt, ut celebretur iuxta intētionē offerentium eleemoſynas, ab Ang.dial.cit. num.516. & ſic Cōfeſsor ex Hebdomadarijs Eccleſiæ Beneuentanæ debet eleemoſynam ſibi datam pro Miſsa celebranda in eadem Eccleſia conſignare Procuratori, quod reſpondi nuper in Congregatione habita coram Illuſtriſsimo Domino Cardinali, ſuper conſtitutionibus Hebdomadariorū, adhærentibus ſententiæ meæ DD. Auguſtino Vrſulupo Archipresbytero, & Cæſare Canale Theſaurario eiuſdem Eccleſiæ, Doctoribus eximijs, & religioſiſſimis.

2 Et hic nota, Cōfeſſorem poſſe pro pœnitentia iniungere pœnitēti, vt faciat celebrare tot Miſſas, & hoc ceſſante omni fraude, & ſimoniæ labe, habita ratione delicti, & perſonæ pœnitētis, ſed tutius eſt abſtinere ad euitādum ſcandalum, in quod poſſit incurrere pœnitens, Summ. Confeſſ. lib.3.tit.34.§.127.

3 Sed ſi iniungat Confeſſor Miſſas celebrandas pœnitenti, non poteſt, nec debet ipſe hoc onus accipere, ſed remittere pœnitentem ad alium Sacerdotem optimæ opinionis, nec ad conſanguineum, vel amicum, pro euitanda ſuſpitione auaritię, ſed ſi ceſſaret ſcādalum, nec ſuſpitio auaritiæ, aut admiratio inde ſequeretur, poſſet accipere ſibi, & retinere ſpontè oblatam eleemoſynam, maximè ſi non fuerit impoſita pro pœnitentia, Angelic. ver. oblatio. §.1.Silu.verb.decimæ, §.6. Sed tutius eſt, vt non imponantur huiuſmodi pœnitentiæ, ſed ſi videntur iniungendæ, vt vllo modo ſibi Confeſſor attribuat, ſed ad alium Sacerdotem mittat, vt dictum eſt, Silu. verb. decimæ, §.11. Summ. Confeſſ. loc.cit.

4 Et hic obiter addendū eſt, poſſe Superiorem, ſeu Prælatum in ſua Diœceſi ſtatuere certam aliquam

quam quantitatem pro Miſsis celebrandis in ſubſtentatione Miniſtri in illa die, D.Tho.2.2. q.100.art.3.ad ſecundum, Nau. c.23.nu.206.Sed licèt poſsit ſtatuere certum quid,quod ſufficiat pro victu diei celebranti, v.g. carolenum vnum, tamen nõ poteſt ſtatuere, vt nil minus accipiatur. In Beneuentana Synodo fuit ſtatutum, vt eleemoſyna vnius caroleni detur pro Miſſa celebranda,quod etiam dum Viſitatorem agerem,inter decreta viſitationis adiunxi,quę eleemoſyna non eſt ea intentione accipienda à celebrante, quaſi quòd temporale detur pro celebratione Miſſæ, vt pretium ipſius, ſed accipiendum eſt pro labore Miniſtri, & ſubſtentatione ipſius, ſecundum approbatam Eccleſiæ conſuetudinem, D.Tho. 4.ſent. d.25.q.3.art.3.D.Ant.2.p.tit.1. c.5.nu.16. Nauarr.c.25.nu.101. & hanc eleemoſynam debitam pro Miſſarum celebratione, eo modo, quòd dictum eſt,licet exigere etiã authore Prætore, hæc ſententia D.Thomæ 2.2. q.100. art.30.vbi inquit,gratis ſpiritualibus exhibitis,licitè poſſunt ſtatutæ,& conſuetæ oblationes, & alij quicunque prouentus exigi à nolentibus, & valẽtibus ſoluere,authoritate Superioris interueniente.

Sed ea eſt hominum malitia, vt ad euitandas lites cum perſonis, cũ quibus veriſimiliter creditur eſſe litigandum, vt antequàm ſpiritualia præſtentur, licitè priùs petatur, & accipiatur quod laudabiliter dari conſuetum eſt, Caiet. in ſumma verb. Simonia, Nauarr.c.23. nu.206. Sed hoc intellige abſque ſcandalo,& vitio auaritiæ.

Quæſitum XLVII.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdos excõmunicatus,interdictus, vel ſuſpenſus ſi celebrat an fiat irregularis, vel incurrat aliquam pœnam, adducuntur multæ opiniones.*

2 *Ignorantiæ iuris,& facti,atque inuincibiles quæ ſint,& adducitur exemplum nu.3.*

An Sacerdos excommunicatus, interdictus, vel ſuſpenſus, ſi celebrat,fiat irregularis, vel incurrat aliquã aliam pœnam?

1 Dic reſolutè, quòd Sacerdos excommunicatus, vel ſuſpenſus,vel interdictus, & intellige de interdicto participãte in diuinis,ſi celebrat fit irregularis, & quoties celebrat,peccat mortaliter, ſicut peccat mortaliter quoties celebrat irregularis. Et fieri irregularem excommunicatum celebrantẽ affirmãt Summ. Confeſs. lib.3.tit.33.q.41. Nauarr.

narr. c.25.nu.93. De interdicto dicunt ſupra citat. DD. idem, & eſt communis. De ſuſpenſo affirmat Sot.4.d.15.q.1.art.3. Silu. ver. irregular.cas 1. §.15. Nauarr. c.25.nu.96. De irregulari affirmant Sot.in 4.d.25.q.1.art.3. & Nauarr. c.27. nu.194. cum Armill. verb. Irregularitas, §.86. Alij autem aliter ſentiunt, uide Didacum Nunnez in 3.p.q.82. art.5.

Cõcludendum eſt ergo antedictos incurrere irregularitatẽ ſi celebrent, immò incurrunt ſimiliter ſi exercent ſollemniter actum ordinis, vt cantãdo Euangelium, uel Epiſtolam cum Manipulo, Stola, & Dalmatica, ſecus eſſet,ſi priuatè, ut ſimplex ſecularis ſolet, decantaret, quia tunc, ut perſona priuata non ut ex officio, uel ex ordine faceret, D.Anton 3.p.tit.24.c.76.Palud. in 4.d.18. Nauar. c.27. nu.244. Irregularis autem ſemper peccat mortaliter exercendo, ut dictum eſt, & hoc procedit tam de excommunicatis, ſuſpenſis, uel interdictis publicè, quam priuatim, quia conſtitutio Conc.Conſtan.non eſt fauore ipſorum, ſed aliorũ de populo,ut poſsint participare cum excommunicatis ſecretè.

Sed ſi Sacerdos excommunicatus,ſuſpenſus, uel interdictus dicat orationem in Choro, uel benedicat aquam aſpergendam, adhuc fit irregularis,ſi,ut Sacerdos in Choro dicat orationem, uel Capitulum,uel ſi ſolemniter benedicat aquam, quia uidetur exercere actum ordinis, ſecus,ſi priuatè talia exerceret, Nauarr. c.27.nu.244. idẽ dic de Subdiacono, & Diacono ſi ſolemniter exerceant, ſecus ſi priuatè.

De conſtitutis in minoribus, dic quod nõ incurrunt,& hæc eſt melior opinio, Tab. irregular. 4.§.1.Piſan.ibi nu.3. & ita uidetur colligi ex cap. ſi quis Epiſcopus, qui tex.non loquitur de Clericis minoribus,& pœnæ ſunt reſtringendæ: alij tamen dicunt, quod incurrunt.

2 Si verò Sacerdos ignoransſe eſſe excommunicatum, uel ſuſpẽſum,uel interdictum,& exerceret aliquem actum ordinis, nõ efficeretur irregularis, nec peccaret mortaliter, ſi ignoranti. eius eſſet inuincibilis, D. Anton. 3.p.tit.24.c.76. num.10. Sot.4. d.22.q.1.nu.2. Nauarr.c.27.nu 241.& eſt communis opinio.

Et ignorantia inuincibilis dicibilis dicitur quando quis aliquid non poteſt ſcire omnino ex groſſitia intellectus, vel ex maxima rei difficultate, vel quia non habet quem conſulere poſſit, vel quia non tenetur illud ſcire, vt habetur in cap. ſi verò, de ſent. excom.& eſt communis opinio.

Et hoc intellige tam de ignorantia iuris, quam facti, & ignorantia iuris inuincibilis eſt, quãdo quis omnino non poteſt ſcire, quia

quia non tenetur ſcire quòd ius illud vetet, quod ipſe cõmiſit, vel quia non poterat ex groſſitia intellectus, vt ſupra. Ignorantia facti inuincibilis, eſt quando quis omnino non poterat ſcire, quia illud factum eſt malum ex groſſitia intellectus, quia aliqua prohibētur, quia mala, aliqua ſunt mala, quia prohibentur. Hinc ſequitur, quòd tàm ignorantia iuris, quàm facti poteſt eſſe inuincibilis in aliquo, licet regulariter ignorantia iuris non ſoleat excuſare.

3 Exemplum ſit pro faciliori intelligentia, aliquis percuſſit Clericum, quem omnino neſciebat eſſe Clericum, quia eum non nouerat, vel quia non incedebat in habitu, & tonſura, vel quia omnino non poterat, nec tenebatur ſcire, hæc ignorantia appellatur inuincibilis, & ſic percutiens excuſatur à cenſura in foro conſcientiæ, vide text. in c. vt animarum de conſt. in 6. & c. ſi verò de ſent. excom.

Quæſitum XLVIII.

SVMMARIVM.

1 *Prælati, ſeu Parochi occultè excommunicati, qui non ſunt in mora petendi abſolutionem, ſi cogũtur adminiſtrare Sacramenta eorum ſubditis petentibus, non incurrunt irregularitatem, neque peccant, ſed ceſſante neceſſitate ſecus. Amplia nu. 2. Declara nu. 3.*

An Prælati, ſeu Parochi occultè excommunicati, qui nõ ſunt in mora petendi abſolutionem, ſi cogantur adminiſtrare Sacramenta eorum ſubditis petentibus, incurrant irregularitatem, & peccent mortaliter?

1 DIc, quod non, ſi contriti, & ex neceſſitate adminiſtrãt, quia ſubditi opus habent eorum officio, excepta tamen celebratione Miſſæ, quam poſſent ſubditi audire ab alio, vbi adeſt commoditas, ſecus quando aliquis alius non adeſſet, & ſubditi ex præcepto tenerentur audire Miſſam, vel ſi infamia notaretur Sacerdos, niſi celebraret, dummodo eſſet contritus, & non eſſet in mora petendi abſolutionem, Nauar. c. 27. num. 239.

Sed ſi adminiſtrarent ſine neceſſitate ſubditorum, incurrerēt, Sot. in 4 d. 22. q. 1. art. 4.

2 Immò incurrerent, ſi facerent coram ſe celebrari ab aliquo non ligato cenſuris, ſicut etiam incurrerent, ſi cum ipſi non eſſent ligati aliqua cenſura, facerent coram ſe celebrari ab aliquo ligato cenſuris, Nauarr. c. 27. nu. 244. Gloſ. in Clemen. 2. de priuil. verb. celebrare.

3 His adde, quod ſi quis ex antedictis

dictis effectis irregularibus ob celebrationem, ſi iterum celebrarent, non incurrerent in nouam irregularitatem, ſed peccarent mortaliter quoties exercerent actum ordinis, Nauar.c.27.& eſt communis opinio. Quis autem poſſet diſpenſare dicemus, Deo dante, cum de cenſuris agemus, & de diſpenſatione.

Quæſitum XLIX.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdos ſi celebrando incidit in aliquam infirmitatem, vt non poſſit perficere Miſſam, vel ſi moreretur, quid agendum, diſtinguitur.*

2 *Item ſi Miſſam inceptam ſine iuſta, & vrgenti cauſa dimitteret, peccat mortaliter.*

Quid faciendum ſi Sacerdos incideret, celebrando, in aliquam infirmitatem, vt non poſſet perficere Miſſam, vel ſi moreretur?

1 DIc, quòd ſi id accidat ante conſecrationem, poteſt dimitti Miſſa inperfecta, & hæc eſt communis opinio.

Sed ſi accideret poſt conſecrationem debet perfici Miſſa per alium Sacerdotem, qui ita procedet, vt ſi defecerit primus Sacerdos ante conſecrationem, quo caſu poteſt Miſſa dimitti, & ante incœptum canonem, tunc ſecundus Sacerdos debet à principio Miſſam incipere, & totã Miſsam celebrare, D. Anton. 3.p. tit.13. c.6 §.3. Silu. verb. Miſſa 2.§.12. Tabien.§.30.

Sed ſi defecit poſt incœptum canonem, ſed nondũ facta conſecratione, tunc debet ſecundus Sacerdos proſequi a loco, vbi primus defecit, D. Anton. Silu. & Tabien. loc. cit. & ſi neſciretur vbi prior per defectum dimiſit, tunc ſecundus debet incipere à principio Canonis.

2 Et hic ſciatur, quòd ſi quis Miſſam incœptam ſine iuſta, & vrgenti cauſa dimitteret, peccat mortaliter, & ſubibit pœnam ſuſpenſionis, vt habetur in cap. nullus, de conſe. d.1. Silu. verb. Miſſæ 1.§.2. Nauarr.c.21.nu.86. & eſt cõmunis opinio; Conc.Toleta.7.q.1.can.nihil, dicit, quod talis excommunicationis ſententiam ſuſtinebit, ex Sot.4. d.13. q.2.art.6.

Quæſitum L.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdos celebrãs, ſi deficiat poſt conſecrationem Hoſtiæ, non dum conſecrato Calice, quid agendum, latè diſcutitur per totum quæſitum.*

Quid

Quid faciendum ſi Sacerdos deficiat poſt conſecrationem Hoſtiæ, nondum conſecrato Calice?

1 Dic, quòd alius Sacerdos debet proſequi conſecrationem Calicis, incipiendo ab illis verbis, *Simili modo, &c.* & proſequi vſque ad finē ipſam Miſſam, & ſumere Hoſtiā ab alio, & Calicem a ſe ipſo cōſecratū, D. Ant. 3. p. tit. 13. c. 6. §. 3. Io. de Lapide c. 6. art. 2. dub. 2. Silu. Eucha. 2. nu. 12. & alij.

Aliqui dicunt, quòd deberet accipere aliam Hoſtiam ſecūdus Sacerdos, & incipere à principio Miſſam, & in fine ſumere illam Hoſtiam conſecratam ab alio Sacerdote, & aliam à ſe ipſo cū Calice, huius ſentētiæ fuit Riccard. 4. ſenten. d. 8 art. 2. q. 2. Sed primæ ſententiæ magis adhæreo.

Si verò celebrans deficeret, dū profert verba cōſecrationis Hoſtiæ, & dum incœpit conſecrare, tūc debet per alium Sacerdotem compleri Miſſa, & incipere à verbis, *Qui pridie*, & conſecrare eādem Hoſtiam nondum conſecratam, & proſequi vſque ad finem, Silu. Eucha. 2. § 12. Armill. Miſſ. §. 11. & hoc intellige, quando nō fuit perfecta cōſecratio illius Hoſtiæ, nam ſi fuiſſet perfecta conſecratio, non eſſet iterum conſecranda, eſſet enim immane ſacrilegium, ſed Sacerdos præſens, ſi eſt in peccato mort. non tenetur ſupplere, nam peccaret mortaliter, ſed ſi eſſet periculum corruptionis ſpecierum, tūc ad euitandum ſcandalum, teneretur conteri, & cauſas peccati abſcidere, & ſupplere, ab Ang. d. al. 5 n 613. quia ob neceſſitatem vrgentem cenſetur ei diſpenſatum, vt dictum eſt.

Aliqui dicunt accipiēdam eſſe aliam Hoſtiam, & incipiendum à verbis, *Qui pridie*, & ſequendum vſque ad finem, & in fine ſumendam vtramque Hoſtiam cum Calice, D. Anton. 3. p. tit. 13. cap. 16 §. 3. Tabien. Miſſa §. 30. & huius ſententiæ videtur fuiſſe Inn. in c. Presb. de Sacra. iteran. ſed prima opinio eſt probabilior.

Si deficeret in prolatione formæ ſuper Calicem, & moreretur antequam perficeret, dic, vt dictum eſt ſupra de Hoſtia, ſecundum duas opiniones.

Si deficeret poſt conſecrationē Hoſtiæ, & Calicis, tunc eſſet cōplenda Miſſa per alium Sacerdodotem, & incipiendum a loco, in quo prior defecit, ſi ſciatur, & ſi neſciretur, debet ſecundus Sacerdos incipere ab illis verbis, *Hæc quotieſcunque, &c.* Nauar. c. 25. n. 86. Io. de Lapi. c. 6. art. 2. dub. 2. Riccar. in 4. d. 8. art. 2. q. 2. & alij.

Et ſi deficeret Sacerdos, ſumpta Hoſtia, & non Calice, alter Sacerdos debet accipere aliā Hoſtiam, & alium Calicem, & incipere à *Te igitur*, & proſequi vſq; ad

ad finem, ſeruato Calice conſecrato, & poſt ſumptionem Hoſtiæ, & Calicis á ſe conſecrati accipere illum priorem Calicē relictū ab alio Sacerdote, & hoc ante ablutionem, Tabien. Miſſa, §.30. Armill. §.11. Et ſi deficeret celebrans poſt ſumptionē Hoſtiæ, & ſanguinis, tunc poſſet, ſi vellet ſupplere alius Sacerdos, ſed non eſſet neceſſe, quia ſacrificium, iam completum eſt, Tabien. & Armill. loc. cit.

Et ſciatur, quòd tenetur Sacerdos præſens, deficiente Sacerdote celebrante, ſi defectus accidat poſt conſecrationem, proſequi Miſſam, etiā nō ieiunus, vt ſacrificiū perficiatur, deberet enim in hoc caſu ſtatim indui veſtibus ſacris, & confiteri, ſi habet copiā Confeſſoris, ſin autem ſolùm cōtritus, & hoc ad euitandum ſcādalum, & perfectionem ſacrificij, ab Ange. dial. 5. nu. 575. Sed deficiente celebrante ante cōſecrationem, non tenetur alter Sacerdos complere, ſed ſi complet, bene facit, niſi ſequeretur ſcandalum, quia tunc teneretur omninò complere.

Sed ſi non adeſſet alius Sacerdos, qui poſſet complere, nō poteſt compleri per laicū, aut per alium inferiorem vllo modo, quia laicus non poteſt eſſe Miniſter Euchariſtiæ, ſed ſolùm Sacerdos, & nullus illo inferior, Nauarr. c. 25. nu. 86. Sot. in 4. d. 13. q. 2. art. 6. Deberet in hoc caſu clericus præſens, vel etiā laicus reuerentia decenti curare, vt ſpecies conſecratæ aſſeruarētur in craſtinum ſumēdæ ab alio celebrāte, nec poſſet ipſe laicus communicaturus ſumere, tum quia laicus ſanguinem ſumere nō poteſt, nec Hoſtiam, tùm etiā quia Miſſam cōplere non poteſt, Sot. 4. diſt. 13. q. 2. art. 6. & ſi ſequenti die alius Sacerdos non adſit, & imminet periculum corruptionis, tunc illæ ſpecies eſſent proijciendæ in piſcinam, & pro piſcina intellige ſacrarium, Sot. loc. cit. ſed an poſſint ſumi tunc à laico communicaturo? quia in hoc caſu neceſſitatis videtur veriſimiliter diſpenſatū, ſaluo meliori iudicio, dico quod deficiente Sacerdote poſt conſecrationē, non poteſt laicus, etiam ſi aberit Sacerdos alius, & periculum imminerit corruptionis ſpecierū, ſupplere etiam paratus ad communicandum, ſed debent ſpecies conſecratæ aſſeruari, Hoſtia in Pyxide, & ſanguis in Calice ſumendæ in craſtinum ab alio Sacerdote, vt dictum eſt.

Quæſitum LI.

SVMMARIVM.

1 *Celebranti non licet vlla cauſa, uel excuſatione cōſecrare Hoſtiam ſine Calice, vel neutrum. Amplia nu. 2.*

An liceat aliquando celebranti conſecrare Hoſtiam ſine Calice, vel neutrum, & fingere ſe conſecrare, ad euitandum ſcandalum, & ad euitandum peccatum, quia eſſet celebrans criminoſus?

1 DIc, quòd nullo pacto licet conſecrare Hoſtiam ſine Calice, quia ſacrificium nō eſſet perfectum, namque Dominus inſtituit illud ſub ſpecie panis, & vini, nec ſignificaretur myſteriū ſanctiſſimæ Paſſionis, in qua ſanguis fuit ſeparatus à corpore, & qui aliter faceret, tanquam grauiſſimè peccans eſſet maximè puniēdus, & eſt communis opinio, D.Th. in 4.d.11.q.2.art.1. Io.de Lapide c.7.dub.13.

2 Nec liceret vllo pacto ad euitandum ſcandalum, vel peccatū, fingere cōſecrationem, nam plus peccaret ſic criminoſus fingēdo conſecrare, quàm ſi verè conſecraret, D.Th.3.p.q.80.art.6. ad ſecūdum, & in quodlib.5.art.12. D.Anton.3.p.tit.13.c.6.§.11. & Summiſt. omnes, Silu. Eucha.2. §.11. Maximum enim nefas eſſet admiſcere mendacium, in quo adeſt ipſa Veritas, quæ eſt Chriſtus. Et ſi ex tali Miſſa accepit eleemoſynam, tenetur reſtituere, vltra peccatum ſacrilegij, & idolatriæ materialiter.

Quæſitum LII.

SVMMARIVM.

1 *Celebranti ſi erumpat ſanguis, debet pauſare, et ſedere quouſque ceſſet, ſi verò fluxus corporis violentus immineat, ſi aliter facere non poteſt, debet introire Sacriſtiam, vel alium locum aptum ad ſeruiendum commoditati corporis, nu.2.*

Quid faciendum ſi celebranti erumpat ſanguis è naribus, vel ſi fluxus corporis violentus immineat?

1 DIc, quoad ſanguinem, quòd debet pauſare, & ſedere quouſque ceſset ſanguis, ſin autē ſequatur, vt Miſsam finire non poſſit, tunc debet ceſsare, & in hoc caſu eſset faciēdum, vt ſupra reſponſum eſt de ſimilibus defectibus, Io.de Lapide cap.6.art.2. dub.13.

2 De fluxu corporis, dic, quòd debet, ſi aliter facere non poteſt, introire Sacriſtiam, vel alium locum aptum ad ſeruiendum commoditati corporis. In hoc enim excuſaretur, nec quiſque deberet ſcandalizari, aliter eſset Phariſaica ſcandalizatio, & ad euitandum periculum hoc, vel ſimile, deberet celebraturus abſtinere, niſi ſit bene compoſitus corpore, & animo.

Quæ-

Quæſitum LIII.

SVMMARIVM.

1 *Celebrans ſemper cum celebrat, tenetur ſumere Hoſtiam, & ſanguinem, alias peccat mortaliter, niſi tamē impediatur morte violenta, vel infirmitate, vel alio iuſto, & legitimo impedimento excuſaretur. Limita nu.2.3.*

An celebrans teneatur ſemper ſumere Sacramentum corporis, & ſanguinis, ideſt Hoſtiam, & ſanguinem?

1 DIc, quod ſemper cum celebrat, tenetur ſumere, aliter peccat mortaliter, niſi tamen impediatur morte violenta, vel infirmitate, vel alio iuſto, & legitimo impedimēto excuſaretur, D.Tho. 3.p. q.82.art.4. Summ. Confeſs.lib.3.tit.24.q.122. Sil. verb.Euch.3.§.17. & habetur in cap.relatum de conſec.d.2.& eſt communis. Debet igitur celebrans ſumere vtrunque, ſcilicet Hoſtiam, & Calicem, nec poteſt, nec debet ſumere vnum ſine altero.

2 Non tamen tenetur celebrans ſumere omnes Hoſtias, quas ipſe conſecrauit, vt ſunt quas conſecrauit pro Viatico infirmorum, vel pro diſpenſandis populo petenti, vel pro aſſeruandis in Cuſtodia, ſed tantū tenetur ſumere Hoſtiam, quam ipſe eleuauit, & quam conſecrauit ab eo ſumendā, verùm ſi neceſſitas eſſet, poſſet ſumere omnes, dummodo eſset ieiunus.

3 Nota hic, quòd poſset celebrans ex Hoſtia, quam conſecrauit ſumere partem pro communicādo infirmo in caſu neceſſitatis, vel extra illum pro cōmunicādo aliquo deuoto petente, dū non adeſt alia commoditas, & abſit ſuperſtitio reſpectu petentis, D.Anton.3.p.tit.13.c.6.§.3. D.Th.in 4.d.12.q.3.art.2. Io.de Lapide c.7. art.2.dub.1. Silueſt. Euch.2.§.15. Angel.Miſs.§.27.

Quæſitum LIV.

SVMMARIVM.

1 *Hoſtia particula ſi remanſerit in ſumptione ſanguinis, quid agere debeat celebrans.*

2 *Sacerdos poſt celebrationem an poſſit ſtatim comedere, vel bibere. Et an poſſit poſt communionem, ante ſumptam ablutionem, expuere, vel tuſſire, num.3. Declara nu.4.*

Quid faciendum ſi in ſumptione ſanguinis remanſerit in Calice particula Hoſtiæ?

1 DIc, quod illa particula eſſet digito labijs Calicis admouenda, & deinde commodiùs ſu-

ſumenda anteq̄uā ſumatur ablutio,quia aliter ſumens,non eſſet ieiunus, Scot.in 4.d.8.q.3.

Sed dic melius, quòd eſſet infundendum vinum, & cum eo ſumenda,nec impediret,quia vinū citiùs in ſtomachū penetraret, quā illa particula quia hęc actio cum fiat tali modo, dicitur fieri ſimul,Nauar.c.25.nu.90.Caiet. 3.tom. de celebr.Miſs.q.1. Silu. Eucha.2.§.13.Angel.verb.Miſſ. §.20.

2 Sed aduertendum, quod poſt celebrationem nō debet ſtatim Sacerdos comedere, vel bibere, iuxta diſpoſitionem c. tribus de conſec.d.2.vbi habetur,Si mane Dominica portio editur,vſq; ad ſextā ieiunent Miniſtri, qui eam ſumpſerūt,& ſi tertia,vel quarta hora ſumpſerint,vſque ad veſperas ieiunent. Sed hoc hodie de conſuetudine non ſeruatur, debet tamen decenter,qui celebrauit tamdiu à comeſtione abſtinere quouſque veriſimiliter credatur ſpecies ſacramentales in ſtomacho eſſe conſumptas, & quouſque egerit Domino debitas gratiarum actiones, D.Tho. 3.p.q.80.ar.8.Io.de Lapide c.6. art.3.dub.4.

3 Nec licet expuere poſt communionem ante ſumptam ablutionem,nec tuſſire,ne contingat expui ſpecies ſacramētales, forſan adhuc integræ,ſed debet Sacerdos quantùm poteſt, & ſputum, & quod mouet ad tuſſim retinere,& tranſglutire,Ioan.de Lapide c.7.art.6.dub.4.

Verùm ſi violenter vrgeretur Sacerdos ad tuſſiendum, vel ad euomēdum,tunc poterit expuere,tuſſire,ac etiā euomere,quod aliqua paſſione expellitur à ſtomacho,ſed id debet facere,vel in Calice,vel in aliquo vaſe mūdo, vel in panno,& ſi ibi appareant ſpecies ſacramētales, ſeruentur in Pyxide quouſque corrumpantur, & poſtea deijciantur in ſacrario,ex Rubr. Sed qui non eſt bene diſpoſitus, debet abſtinere tam à celebratione,quàm à communione.

4 Sed ſi poſt ablutionem celebrans, vel qui communicauit, cogeretur aliquantulum tuſſire, vel expuere, tunc licebit, ſed in loco decenti, & mundo, vbi veſtigijs hominum,vel animalium non conculcetur quod expuit, vel in panno mundo,Io.de Lapide loc. cit. & hoc intellige tam de celebrante, quàm de laico, qui communicauit.

Quæſitum LV.

SVMMARIVM.

1 *Celebrans ſi ex ſtudio non eleuaret Calicem,vel Hoſtiam, peccaret mortaliter.*

2 *Hoſtia quod ſit eleuanda, redditur ratio myſterioſa.*

An

An peccaret celebrans, ſi non eleuaret Hoſtiam, vel Calicem, vt moris eſt?

1 Dic, quòd ſi id accideret ex inaduertentia, non peccaret, ſed ſi ex ſtudio, peccaret mortaliter, quia diſcederet ab antiqua, & obſeruata Eccleſiæ cõſuetudine, maximè de Hoſtia, licèt de Calice non ſit antiquus mos, vnde apud Cartuſienſes nõ eleuatur, peccaret igitur quicunque aliorum, tam Secularium, quàm Regularium nõ eleuando Calicem, vide Sot. in 4. ſent. d. 13. q. 2. art. 5. Sed an debeat eleuari coopertus, vel diſcoopertus, attendenda eſt loci, & Eccleſiæ Matricis conſuetudo, Sot. vbi ſupra teſtatur eleuari diſcoopertum, eſſe morem antiquiorem in tota Eccleſia.

2 Sed quod ſit eleuanda Hoſtia, adeſt myſterioſa ratio (licet etiã de Calice adſit antiquus mos in Eccleſia, vt dictũ eſt) nam ſignificat eleuationẽ Domini noſtri in Cruce, & ideo, quando eleuatur velociùs, aliquantulum eleuanda eſt, ad ſignificandum velocem eleuationem crucifigentiũ, quando verò deponitur tarda quadam maturitate, ad ſignificandum deponentium pietatem deponenda eſt, quæ eleuatio fuit prophetizata in pſalmo ſeptuageſimo primo ſub illo verſiculo, *Erit firmamentum in terra in ſummis montium*: & licet dixerit Lyranus debere legi, *Erit frumentum in terra in ſummis montium*, & errore Impreſſorũ legi firmamentum, tamen quia Hebraicæ vocis aſſecuti ſunt notiones ſeptuaginta Interpretes, (legẽdo firmamentũ, quæ lectio habetur in vulgata editione) non poteſt, nec debet hæc lectio ab vllo infringi; & firmamentum exponi poſſe pro frumento, docent Genebrardus in hunc locũ, & Lucas Burgenſis in annotationibus. Vulgata editio Bibliæ à Sixto V. recognitæ habetur vt textus; reliquæ traductiones vt interpretationes, & expoſitiones. Verſiculus ille ad literam ſignificat abundantiã in aduẽtu Meſſiæ, vnde Hebraicè legitur, *Erit abundantia frumenti*, & in tranſlatione Hieronymi dicitur, *Erit memorale triticum*, quod de Chriſto verificatur, qui eſt granum frumenti cadens in terra, quem verſiculum falsò interpretati ſunt aliqui Hebræi eorum modo, & contra eos adeſt Hebraica veritas, & Caldea trãſlatio, vbi habentur hæc verba, *Erit pulenta, ſeu pulentula frumenti in capitibus Sacerdotum*, per quæ clariſſimè ſignificatur eleuatio Corporis ſuper capitibus Sacerdotum. Eleuanda ergo eſt Hoſtia, & Calix ſupra capite, ſed ita vt à celebrantis oculis aſpiciantur, & adorentur.

Quæſitum LVI.

SVMMARIVM.

1 *Celebrans an debeat ſemper benedicere populũ in fine Miſſæ, & quid præsẽte Epiſcopo.*
2 *Item an ei liceat ſalutare populum circumſtantem, finita Miſſa.*

An celebrans debeat ſemper benedicere populum in fine Miſſæ?

1 DIc, quòd celebrans præſente Epiſcopo, debet illi innuere, ſi velit ille benedicere, quod ſi nolit, debet ipſe benedicere ſimplici benedictione, excepto tamen in Miſsis defunctorum, in quibus non datur benedictio, quia celebrantur pro defunctis, qui iam ſunt in ſtatu benedictionis, & ſecuri de ſalute, licèt & alia ratio afferatur à pijs Scriptoribus, D. Ant. 3. p. tit. 14. c. 16. §. 9. Silueſt. benedictio §. 6. Tabien. ver. Sacerdos, & ver. benedicere §. 10. & alij Summiſt. Et hoc non ſolùm de Epiſcopo proprio, ſed etiam de extraneo, ſi fuerit præſens, dicendum eſt, ab Angel. dial. 5. §. 600. & hoc quæſita licẽtia ab Epiſcopo per inclinationem capitis verſus eũ, & ita eſt praxis.

2 Et an liceat ſalutare populum circumſtantem finita Miſſa, vt v. g. verſus illum inclinare ſe illi, vel dare illis bona feſta? dic, quòd eſſet boni moris id facere, ſed in Synodo Beneuentana celebrata ſub Maximiliano de Palũbaria Præſule, cuius memoria in benedictione ſit, prohibitum eſt: dicerem tamen, quòd vbi adeſt cõſuetudo, vt poſt celebrationẽ celebrans verſus populum, illi verba pacis diceret, non damnarem, debet tamen omnino poſt celebrationem celebrãs, ſi adeſt Reuerendiſsimus Epiſcopus, vel Illuſtriſſimus Cardinalis illis ſe inclinare, nam de his non intellexit Synodi prohibitio.

Quæſitum LVII.

SVMMARIVM.

1 *Locus celebrandæ Miſsæ ſunt Eccleſiæ, & Oratoria regulariter. Limita nu. 2. 3. 4. 5.*
6 *Miſſa non poteſt vllo modo celebrari in mari, ob periculum effuſionis ſanguinis, licet multi teneant contrarium.*
7 *Miſſa non poteſt celebrari in Eccleſia polluta, & quot modis violetur Eccleſia, nu. 8.*
9 *Eccleſia quando incipiat eſſe polluta.*

An liceat celebrare extra Eccleſiam?

1 DIc, quòd locus celebrandæ Miſſæ ſunt Eccleſiæ, & Oratoria regulariter, & licèt ante

Conc.

Conc. Trid. Fratres Mendicātes ex priuilegio, etiam ſine licentia Epiſcopi celebrarēt extra Eccleſiam, cū tamen Altare portatili, & idem facerent Sacerdotes ſeculares de licentia Epiſcopi, vt habetur c. concedimus de cōſec. d. 1. & D. Tho. 3. p. q. 83. in corp. & in reſpon. ad primum. Tamen poſt Conc. Trid. nō licet Epiſcopis id concedere Sacerdotibus ſecularibus, nec Mendicantibus id facere, Nauarr. c. 25. num. 83. Eſt itaque celebrandum in Eccleſia, ſeu Oratorio ab Epiſcopo conſecrato, vt eſt vniuerſalis cōſuetudo.

2 Sed ſi vrgentiſſima immineret neceſſitas, poſſet celebrari extra Eccleſiam, & Oratorium de licētia Epiſcopi, ſicut poterat ante Conc. ſine licentia Epiſcopi, ab Ang. dial. 5. §. 619. Nauarr. c. 25. num. 82.

3 Et ſecundum hanc rationem cum multitudo maxima populi adeſſet in campo, & vellet, & tenerentur audire Miſsā, nec adeſſet locus capax, poſſet in campo erigi Altare, & in eo celebrari de licentia Epiſcopi, Nauar. loc. cit. Sot. in 4. d. 13. q. 2. art. 3.

4 Idem dic de primis Miſſis, cū ad audiendum maxima populi frequentia confluit, Nauar. loc. cit. Vt euenit Beneuenti in celebratione primæ Miſſæ Illuſtriſs. & Reuerendiſs. Domini Pompei Cardinalis Arigoni, Archiepiſcopi Beneuentani, cum Indulgentijs ampliſſimis, ad quā tam magna populi multitudo in Eccleſiam Cathedralem, licèt ampliſsimam, cucurrerit, vt magna pars extra illam permanſerit.

5 Idem dic tempore belli, quod licet in tentorijs, vel ſub diù celebrare etiam ſine licentia Epiſcopi, vbi ob diſtantiam quæri non poteſt, quæ debet de facili concedi in hoc caſu. D. Anton. 3. p. tit. 13. c. 6. §. 4. Nauarr. c. 25. nu. 82. Silu. ver. Miſſa 1. §. 5.

6 Sed in vllo caſu licet celebrari in mari, vel in flumine, tum ob periculū effluſsionis ſanguinis, tum ob agitationē nauis, D. Ant. loc. cit. Silu. & Nau. loc. cit. ſed ſi in mari, vel in flumine firmaretur Altare in terra, vel in ſcopulo, poſſet in eo celebrare. Duran. lib. 4. c. 1. ſentit licere in neceſsitate celebrare in naui cū Altare portatili, ſed prima opinio eſt melior, & communior, & ſequenda. Itaque ſolùm in Eccleſia, vel Oratorio debet celebrari.

7 Non tamen in omni Eccleſia, nam non licet celebrare in Eccleſia polluta, aut violata, aut interdicta, niſi magna vrgeret neceſsitas, & de licentia Epiſcopi, D. Th. 3. p. q. 83. art. 3. ad ſecundum, Sot. diſt. 13. q. 2. art. 3. nam vrgente neceſsitate poteſt de licentia Epiſcopi celebrari in omni Eccleſia, ſiue ſit conſecrata, ſiue non, vide Nauarr. c. 27. nu. 251. D. Antonin. 3. p. tit. 12. c. 6.

c.6.§.4. Silu.verb.conſecr.§.5.

8 Et quia facta eſt mentio de pollutione, ſeu violatione Eccleſię, ſciatur Eccleſiam violari tribus modis, ſcilicet per effuſionē ſanguinis, & ſeminis humani, & per ſepulturam publici excommunicati, Victoria de Euchar. num.99.

Sed ſciatur huiuſmodi delicta tunc inducere pollutionem in Eccleſijs, cùm ſunt publica, non autem cùm ſunt occulta, & publicum in hoc propoſito dicitur ſaltem per famam, vel delinquētes ipſi, aut alter eorum publicè id confiteatur ſiue in iudicio, ſiue extra, c.ſignificaſti, extra de adult. Gloſ. 1. de conſec. Eccleſiæ in 6. D.Ant.3.p.tit.12.c.6.§.4.

9 Itaque tunc incipiet eſſe polluta Eccleſia, ita vt indigeat reconciliatione, cùm ſcitur delictū aliquod ex tribus, vt ſupra, fuiſſe in Eccleſia commiſſum, & non antequàm ſciatur, Nauarr. c.27. nu.252. & qui celebraſſet in Eccleſia polluta antequā ſciretur, nullā pœnam incurreret, & licèt per effuſionem ſeminis, ſeu ſanguinis publicam Eccleſia polluatur, nō tamen per omnem ſanguinis, ſeu ſeminis effuſionē, ſed per effuſionem hominis tantùm, ſiue Fidelis, ſiue Infidelis, & quoad effuſionem ſeminis, ſiue ipſius ſolius, ſiue cum alio, ſiue per mollitiem, ſiue per coitum cum fœmina, ſiue per nefandum, ſiue, & eo fortius cum bruto, D.Anton. 3.par. tit.12.c.6.§.4. Nauarr.c.21.nu.252.& prius eo Silu.verb.conſe.2.§.2. Modica tamen, & inuoluntaria ſeminis effuſio nō inducit pollutionem, ſed effuſio ſeminis, ſiue modica, ſiuę magna, cū fuerit voluntaria inducit pollutionē, ab Ang.dial. 5.n.226. licèt Sil.ver.conſ.2.§.5. & Aſten. 2.p.lib.6.tit.29. art.3. dicāt, per modicam ſeminis effuſionē non impediri celebrationē in Eccleſia, ſed prima opinio, iudicio meo, ſaluo meliori, eſt probabilior, & Authores antedicti ſunt intelligēdi de parua quadā humectatione, quę impropriè dicitur effuſio, hinc ſequitur per pollutionē in ſomno ſequutam in Eccleſia, nō pollui Eccleſiam, quia non eſt voluntaria, D.Ant. 3.p.tit.12.c.6.§.4. Sil.ver.conſe. 2.§.7. Nauarr.c.27.nu.252. Angelica tenet contrarium, ſed prima opinio eſt melior.

Quæſitum LVIII.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſiæ pollutio an inducatur per copulam matrimonialem in ea habitam, diuerſæ adducuntur opinions.*

An per copulam matrimonialem in Eccleſia habitam inducatur pollutio Eccleſiæ?

1 DIc eſſe diuerſas opiniones, D. Anton. tenet quod ſic 3.p.

3.p.tit.12.cap.6.§.4. & cum eo Sum.Confeſſ.lib.3.tit.24.q.154. & Alij Summiſtę verb.conſecratio,& Nau.c.27.nu.212. ac etiã Ricc.4.ſent.d.32.q.1. in corpor. Vgo de conſe.d.1.tenet,nõ violari Eccleſiã per actum matrimonialem,quia dicit ipſe,eſt licita, & nõ prohibita,idẽ tenet Aſtenſ. par.2.lib.6.tit.29.q.1.

Sed prima opinio eſt verior,& cõmunior, & ratio eſt,quia licèt copula matrimonialis ſit licita, tamen ratione loci ſit illicita, vt de effuſione ſanguinis dicitur, quod licita ſit,ſi à Iudice fiat,tamẽ ſi ſit in Eccleſia,redditur illicita,quod bene põderat Tabien. ver.matrimonium 3.nu.10.

Quæſitum LIX.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia an polluatur per actũ matrimonialem tempore belli, adducuntur diuerſæ opiniones.*

An polluatur Eccleſia per actũ matrimonialem habitum ex neceſſitate,puta tẽpore belli, vt ſi vir, & vxor ſint incluſi in aliqua Eccleſia,& timeretur de pollutione, quia non poſſunt, vel dubitant poſſe contineri?

1 Riccardus tenet, non pollui Eccleſiam in hoc actu matrimoniali, & licere coniugibus incluſis in Eccleſia,longo tñ tempore duraturis,ad inuicẽ petere, & reddere debitũ, D.Th.4.ſent. d.32.art.3.q.1.ſecus ſi paruo tẽpore futuri eſſent ſic incluſi,quia tunc deberent contineri, & in tali tribulatione poſiti rogarẽt Deum, vt eos eriperet, & aliàs pollui Eccleſiam eorum concubitu.

Angelica tenet,licere petere, & reddere debitũ in tali neceſſitate incluſis, ſed pollui Eccleſiam etiam per licitam cõpulã, verb.debitum §.35. Silu. tenet eſſe peccatum petere, & reddere debitum in Eccleſiã,& violare illam, ſi ex libidine id fiat, vel cauſa ſanitatis, aut cauſa ſuſcipiendæ prolis, non autem ſi fiat pro euitanda corruptela, & ad euitandum peccatum in ſe, vel in vxore ſua, & ſic in hoc caſu non pollui locum ſacrum.

Petrus de Palude affirmat in omni caſu eſſe illicitum in loco ſacro exigere, & reddere debitum,& pollui Eccleſiã, ſi ibi exigatur, vel reddatur debitum, 4.ſenten. d.32.q.3. cui adhæret Nauarr.c.16.nu.32.

Diuus Tho. Doctor Angelicus aduocatus meus idem tenet 4.ſent. d.32. q.1.art.1. & cum eo D.Anton. 3.p.tit.1.c.20.n.2. & hæc ſententia eſt melior, & ſequenda.

Quæ-

Quæſitum LX.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia violatur per omnē ſan-ſanguinis effuſionem, dummodò effuſio ſit magna, & quod ſit iniurioſè facta.*
2 *Eccleſia non violatur per effuſionem ſanguinis animalis occiſi in ea.*
3 *Eccleſia polluitur etiam ſi non effunditur ſanguis, dummodò grauis ictus, vel vulnus in ea datus fuerit. Amplia nu.4.*

An per omnem ſanguinis effuſionem factam in Eccleſia, violetur ipſa Eccleſia?

1 DIc, quod non violatur per modicam ſanguinis effuſionē, ſed effuſio debet eſſe magna, quod denotat uocabulum ipſum, & quod huiuſmodi effuſio ſit iniurioſè factę, hinc ſequitur effuſionē ſanguinis, quæ fieret per nares in rixa puerorum, & ſimilibus non uiolare Eccleſiam, nec ſi eſſet ex caſu, uel naturaliter, uel ictu lapidis, uel tegula, & ſimilibus decedentibus, quia ſine iniuria fieret effuſio, etiam ſi eſſet in magna quantitate, D.Anton. 3.p.tit.12.c.16. §.4. Silu. uerb. conſe.2. §.4. Nauar. c.27. nu.251. & Alij multi.

2 Et hic obiter repetēdū, Eccleſiam non pollui per effuſionem ſanguinis animalis quantumuis magnam, quia animali nō fit iniuria, poſſet autem eſſe peccatū mortale ratione contemptus, ſi occideretur animal in Eccleſia cum aliter occidi poſſet, & eſſet peccatū ſacrilegij, vide Nauarr. loc. cit. & Duran. ſui Rationa. lib.1.c.6.

3 Polluitur autem Eccleſia etiā ſi in ipſa ſanguis non effundatur, dummodo grauis ictus, uel vulnus in ea datus fuerit, etiam ſi ſanguis recipiatur in uaſe, ita ut in terram nō decidat, uel manu teneat uulnus, quouſque de Eccleſia exeat percuſſus, Nauarr. c.27. num.251. Silu. conſ.2. §.5. Tabien. cōſ.2. §.4. & alij Summ. Vbi uerò percuſſio fieret extra Eccleſiam, & percuſſo confugiēte ad Eccleſiam, effuſio ſanguinis in ea fieret, non uiolaretur Eccleſia, quia vulnus, & iniuria facta fuit extra Eccleſiā, D.Anton. 3.p. tit.12. cap.6. §.4. Silu. conſ.1. §.5. Tabien. conſ.1. §.6. & Alij.

4 Sed ſi quis in in Eccleſia fuiſſet uulneratus, & nulla ibi facta fuiſſet ſanguinis effuſio, ſed percuſſus extra Eccleſiam moreretur, uel ſanguis, ut dictum eſt extra effunderetur, ſine dubio polluitur, quia in Eccleſia dicitur eſſe mortuus, ubi cauſa mortis accepit, ita DD. cit. & Summ. Confeſſ. lib.3. num.24. q.151. Aſten. par.2. lib.6. tit.29. art.3. q.3. Angel. conſ. Eccleſiæ §.5.

Quæ-

Quæſitum LXI.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia an violetur ſi quis aliũ extra Eccleſiam manentem, ex Eccleſia ictu, vel alio modo vulnerat, latè declaratur.*

2 *Eccleſia polluitur, licet ſanguis non effundatur, ſi percuſſio erit mortalis, ſed ſi non erit mortalis ſecus. Amplia nu. 3. Limita nu. 4. 5.*

An violetur Eccleſia ſi quis alium extra Eccleſiam manentem, ex Eccleſia ictu, vel alio modo vulnerat?

1 DIc, quòd non, ſed bene violatur Eccleſia ſi quis exiſtens extra Eccleſiam alium ibi manẽtem vulnerauerit, vel percuſſerit, & ſanguis effundatur modo quo ſupra dictum eſt, Nauarr. c. 27. nu. 251. Tabien. verb. conſe. 2. §. 7.

2 Et hic notandum, quod licèt ſanguis non effundatur, ſi percuſſio erit mortalis, ſiue percuſſus in Eccleſia, vel extra ipſam moriatur, Eccleſia polluitur, ſi verò percuſſio non erit mortalis, Eccleſia non polluitur.

3 Sed polluitur ſi in ea ſuffocetur, vel ſepelliatur viuus, & ibi moriatur, etiam ſi ſanguis non effundetur, & idem dic de omni homicidio violenti, & iniurioſo facto in Eccleſia, etiam ſi fieret decreto Iudicis, non autẽ ſi erit caſuale, vel ſi in ſui defenſionẽ, cum moderamine inculpatæ tutelæ quis alterum occiderit in Eccleſia, in hoc caſu Eccleſia nõ violatur, Silu. & Tabien. verb. conſe. 2. §. 5. Nauarr. c. 27. nu. 251. Aſten. p. 2. lib. 6. tit. 29. art. 3. q. 2.

4 Sed non polluitur Eccleſia ſi percuſſio, vel homicidium in ea fuerit commiſſum à puero, uel fatuo, quia puer, & fatuus carent ratione, & eorum factum non eſt iniurioſum, nec per contentionem, immo nec punibile pœna ordinaria, immo ſi fatuus, & puer ſe ipſos occiderent in Eccleſia, non pollueretur, ſed ſi quis ſanæ mentis ipſum occidat in Eccleſia, violatur ipſa Eccleſia, D. Anton. 3. p. tit. 12. c. 6. §. 4. Silu. conſe. 2. §. 5. Nauarr. c. 27. nu. 251.

5 Si verò aliquis pro fide Chriſti in Eccleſia martirizaretur, & ſanguis effunderetur, ipſa pollueretur ex effuſione actiua ſanguinis facta à Tyranno, licèt ex effuſione paſſiua ipſius Martyris Eccleſia ipſa sãctificaretur, hinc poſſet dici, Actio diſplicuit, paſſio grata fuit, locus tamen ſanguinis non eſſet lauandus, D. Anton. 3. p. tit. 12. c. 6. §. 4. Silu. & Tabien. verb. conſe. 2. §. 1. Nauarr. c. 27. nu. 251.

Aliqui ſine diſtinctione tenẽt Eccleſiam in caſu antedicto non pollui ex iniuria Tyrãni, ſed potiùs

tiùs

tiùs ſanctificari,& cõſecrari ſanguine Martyris, Piſan. conſ.2. §.6.Summ. Confeſs.lib.3. c.24. q.254.& Aſten.loc.cit. Sed prima opinio eſt melior modo,quo dictum eſt.

Quæſitum LXII.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia non polluitur, ſi ſanguis,vel ſemen effundatur ſupra tectum ipſius.*

2 *Eccleſia polluta,cenſetur pollutum etiam Cœmiterium illi contiguum, & nemo debet in eo ſepeliri.*

3 *Celebrantes in Eccleſia polluta, vel interdicta à Iudice, peccant mortaliter, & efficiuntur irregulares.*

4 *Quis poſſit Eccleſiam reconciliare, declaratur cum diſtinctione.*

An Eccleſia polluatur, ſi ſanguis effundatur ſupra tectũ?

1 DIc, quòd non polluitur, ſi ſanguis effundatur ſupra tectum, & idẽ dic de ſemine humano,& ratio eſt, quia non cenſetur factum in Eccleſia, quod extra ipſum factum eſt, uel ſubter ipſam, Nauarr. loc.cit. Silu. conſe.2.§.5.Tabien.& alij Summiſt.conſe. Eccleſiæ, §.5.

2 Et cum Eccleſia polluta fuerit,cẽſetur etiam pollutum Cœmiterium, ſi eſt illi contiguum, aliàs ſi Cœmiterium non eſſet contiguum,non cenſetur pollutum.

Sed ſi effundatur ſanguis, uel ſemen in Cœmiterio, cenſetur pollutum ipſum Cœmiterium, & antequàm recõcilietur,nemo debet in eo ſepeliri, D.Anton. 3.p.tit.12.c.6.§.6. Tabien. Cœmiterium, §.1. Summ. Confeſſ. lib.3.tit.24.q.157.& Alij.

3 Et hic notent Parochi, quòd celebrantes in Eccleſia polluta, vel interdicta, ſi Eccleſia fuerit interdicta à Iudice,peccant mortaliter, & efficiũtur irregulares, ſi verò Eccleſia tantũ fuerit polluta, peccant mortaliter, ſed nõ incurrũt irregularitatem, etiam ſi ſcienter hoc faciant,quia irregularitas incurritur ſi celebratur in Eccleſia interdicta à Iudice, non autem interdicta à iure, vt eſt in effuſione ſanguinis, vel ſeminis humani, Nauar.cap.25. nu.83.Silu.verb.conſec.2.§.9.& Theologi in 4.ſentent.d.13.q.2. ſed Sot.q.2.art.3. D.Anton.3.p. tit.12. c.6.§.5. Lapus relatus à Silueſtro verb. conſecrat.2.§.9. addunt, celebrantem in Eccleſia polluta eſſe ſuſpensũ ab ingreſſu Eccleſiæ, & ſi celebraret in hac ſuſpenſione,effici irregularem.

4 Quis autem poſſit Eccleſiam recõciliare? dic,quòd ſi Eccleſia eſt conſecrata,ſimplex Sacerdos ex ſe non poteſt, bene verùm poterit ex commiſſione Papæ cum

aqua benedicta ab Epiſcopo, D. Anton. 3. p. tit. 12. c. 6. §. 5. Sil. confec. Eccleſię, §. 5. Tabien. §. 1. ſed Epiſcopus Diœceſanus ex officio poteſt reconciliare Eccleſiam pollutam.

Cùm verò Eccleſia non fuerit conſecrata poterit eam reconciliare ſimplex Sacerdos cum ſimplici aqua benedicta, non autem cum illa aqua benedicta, vino, & cinere, qua Epiſcopus ſolummodo reconciliet Eccleſiam conſecratam, D. Ant. 3. p. tit. 12. c. 6. §. 6. Summ. Confeſſ. lib. 3. tit. 24. q. 56. Silu. & Tabien. loc. cit.

Poſſunt etiam ex priuilegio Sanctiſſimi Domini Papæ reconciliare Eccleſias ſui ordinis Generales Mendicantium, & aliorum Ordinum, immo & ſimplices Sacerdotes, extenſionem videlicet priuilegiorum Mendicantium habentes.

Quæſitum LXIII.

SVMMARIVM.

1 *Celebrari non poteſt de nocte, niſi in nocte Sanctiſſimi Natalis, & cum diſpenſetur à Summo Pontifice.*

2 *Epiſcopus iterinans, & Sacerdos peregrinans, an poſſint de nocte celebrare, latè declaratur.*

3 *Celebrans ante diem, credens eſſe auroram, vel diem, excuſatur à peccato mortali.*

4 *Conſuetudo celebrandi de nocte valet. Declara nu. 5.*

6 *Horę celebrādi in Natali D. N. Ieſu Chriſti, quæ ſint.*

An poſſit celebrari qualibet hora diei, vel de nocte?

1 DIc, quod excepta nocte ſanctiſſimi Natalis, peccat mortaliter celebrans de nocte, niſi diſpenſaretur à Summo Pont. vel Superiori ob aliquam neceſſitatem, & in hac materia omnino ſeruetur Rubrica Miſſalis Romani.

2 Hinc ſequitur, Epiſcopum iterinantem poſſe celebrare, vel celebrari facere de nocte. i. valde mane, paulò ante aurorā, ne impediatur in via, vel ne deſeratur à comitibus per loca non tuta, & periculoſa, D. Ant. 3. p. tit. 13. c. 6. §. 4. Nauar. c. 25. nu. 85. Io. de Lapi. c. 4. art. 1. dub. 2. Sequitur etiam, Sacerdotē peregrinantē de licētia ſui Epiſcopi, vel alium Sacerdotem de licentia ſui Superioris poſſe de nocte ob cauſas antedictas celebrare, & cenſetur cum eo diſpenſaſſe Epiſcopus, vel Superior, qui peregrinandi licentiam conceſſit.

3 Sed qui celebraret ante diem, credens tamen eſſe auroram, vel diē, excuſaretur à peccato mortali, maximè qui deuotione motus celebrauit, D. Ant. vbi ſupra, Palud. 4. d. 13. q. 2. cōcl. 11. art. 2. Io. de Lap. loc. cit.

Vbi autem eſſet conſuetudo celebrandi ante auroram, quæ ab aliqua ſynodali cõſtitutione, aut aliàs non eſſet prohibita, forte deberet obſeruari, maximè ſi pro commoditate populi ad labores euntis, vel pro famulis, qui de die occupati ſunt, & pro pauperibus fęminis, quas de die ob laceras veſtes exire puderet, & ſimilibus id fieri ſoleret, talis conſuetudo eſſet obſeruanda, & nullum eſſet peccatum celebrare ad talem finem, Nauarr. c.25.num.85.

5 Sed tamen cùm ſit concluſum, celebrandum eſſe de die, non tamẽ licet celebrare, niſi ab initio auroræ vſque ad meridiẽ, poſſet etiam poſt meridiem ex diſpenſatione Sanctiſs. Domini Papæ, ſicut etiã anticipari, Sot.4.ſent. d.13.q.1.art.2. Vel etiam ob neceſsitatem, vt ſupra dictum eſt, Nauar.c.25.nu.83. Et celebrans vel poſt meridiem, quia non credebat tranſactã horam, vel ante auroram, credens eſſe auroram, non videtur peccare, maximè ſi ex deuotione, ſecus ſi inaduertentia, & groſſitie quadam expo nit ſe huic periculo, quia, vt dixit Sapiens, *Qui amat periculum, peribit in illo.*

6 Quò verò ad Miſſas celebrandas in Sanctiſſimo Natali D.N. dic, quòd prima Miſſa tantùm debet dici media nocte, ſecunda verò in aurora, tertia hora diei tertia, quamuis qui omnes diceret de die non peccaret; ſed de nocte non debet dici, niſi prima, & reliquæ duæ de die, vt etiam alibi dictum eſt, Nauar.cap.25. nu.87. Sil.ver.Miſſa 1.nu.6.& 7. Angel.ver.Miſſa §.46.

Quæſitum LXIV.

SVMMARIVM.

1 *Miſſa eſt infiniti valoris ex parte ſacrificij, & Chriſti in ea oblati. Declaratur perbellè eius valor, nu.2.3.*

4 *Commemoratio defunctorum à quo inſtituta.*

An Miſſa ſit infiniti valoris?

1 Dic, quòd Miſſa ex parte ſacrificij, & Chriſti in eo oblati eſt infiniti valoris, & eſt communis opinio omnium, pręcipuè D.Thomæ 4.ſent.d.5.q.2. art.4.q.3.ad ſecundum, Silu.ver. Miſſa 1.§.9. Viguer.de ſac.Euch. §.15.

2 Et licèt Miſſa ex parte ſacrificij ſit infiniti valoris, quia in ea offertur Chriſtus, qui eſt infinitus, tamen quia hoc ſacrificium operatur per applicationem celebrantis, qui eſt creatura finita, & cùm ſit creatura finita, nõ operatur infinitè, hinc ſequitur effectum eius eſſe determinatum, & limitatum, ad quem Sacramentũ illud ordinatur. Concluditur ergo breuiter hanc oblationem ex ſui virtute ſufficere pro tota

pœna

pœna illorum, pro quibus offertur, ſed non ſatisfacere pro tota pœna, ſed ſecūdum quantitatem deuotionis, qua ſacrificiū offertur pro illis, quibus offertur, D.Th. 4.ſent.d.45.q.2. art.4. & 3.p.q.79.art.5.Sil.ver.Miſs.§.9. Sot.4.d.11.q.2.art.5. Viguer.de Euch.nu.15.& de valore Miſſæ.

3 Sequitur ergo, ꝙ licèt Miſſa ſit infiniti valoris, & virtutis in ſe, & poſſet eius virtus expiare totam pœnam debitam, nō ſolū in hac vita, ſed etiam in Purgatorio alicui, qui illam celebrare facit pro eius anima, vel pro aliorum animabus, etiam plurimorum, tamen, vt dictum eſt, eius effectus eſt determinatus ſecundum deuotionem, qua offertur, quæ quia eſt finita, & determinata, finitum, & determinatū operatur effectum, & ideo cum vna Miſſa tota pœna Purgatorij alicui debita non ſemper expiatur, ſed aliquando plures dicuntur pro ſatisfactione vnius, & hoc non defectu ſacrificij, ſed creaturæ offerētis, vel offerre faciētis.

4 Nota, quòd Petrus Damianus dicit, quòd Commemoratio omnium defunctorum habuit originem à S.Hodibeo Monacho, quē audiens in monte Siciliæ Vulcano, quod Dæmones conquerebātur animas iuuari orationibus, & eleemoſynis, inſtituit in tali die Commemorationem omniū Defunctorū fieri, qui vſus poſtea fuit amplexus à tota Eccleſia.

Quæſitum LXV.

SVMMARIVM.

1 *Miſſa dicta pro anima alicuius defuncti, qui nihil ordinauit, ab aliquo celebrante mala vitæ, valet.*

2 *Miſſa pro defunctis, an plus proſit vni, quàm alteri, declaratur remiſſiuè.*

An ſi dicatur Miſſa pro anima alicuius defuncti, qui nihil de hoc ordinauit, & celebrās ſit malæ vitæ, vel mandans celebrari, ſit nullius deuotionis, & per conſequens Miſſa illa non limitatur deuotione offerentis, nec offerri facientis, liberet tamen illius animā à tota pœna Purgatorij ei debita, cum valor Miſſæ ſit infinitus, & non innitatur in hoc caſu deuotioni perſonæ finitæ? 1

1 DIc, quòd adhuc valor, & effectus Miſſæ eſt finitus, quia limitatur intentione Eccleſiæ, quæ intentio eſt finita, deficit etiam ex deuotione aliorū offerentium immediatè, quorum deuotio ſi concurrat, videtur augeri effectus Miſſæ, Silueſt. ver. Miſſa §.9.

2 Notabis tamen hic ex D.Ant. 1.p.tit.10. c.2. de Purgatorio, vtrum

vtrum Miſsa pro anima plus proſit vni, quàm aliæ, & qui promittit ſigillatim diuerſis vnam Miſsã, & quomodo valeat Miſſa ſimul pro pluribus, & alia ibi cu rioſa, vide quæſo.

Quæſitum LXVI.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdos ſi celebrat pro anima alicuius, quem odit, iuſſu Superioris, celebratio valet, & redditur ratio.*

An ſi Sacerdos celebret pro aliquo, quem odit, ſed id facit iuſſu Superioris, vel pro aliquo, quem non nouit, vt pro benefactore Collegij, proderet illi, pro quo celebrat, cùm Miſſæ oblatio ſatisfaciat ſecundum deuotionem offerentis?

1 DIc, quòd Miſſa operatur nõ ſolum ex deuotione celebrãtis, & celebrare facientis, ſed in hoc caſu operatur etiam ex deuotione Eccleſiæ imperantis id fieri, quæ deuotio Eccleſię operatur idem, ac deuotio offerentis, D.Thom. 4.d.45.q.2. art.1. Viguer. de ſac. Eucha. ver. 15.

Quæſitum LXVII.

SVMMARIVM.

1 *Miſſa valet tam ſi eſt celebrata à bono, quàm à malo Sacerdote. Amplia nu. 2. 3.*

4 *Miſſa ſi celebratur pro anima, quæ eſt in Paradiſo, quæ non indiget, valebit pro alijs indigentibus, ex diuina miſericordia.*

An plus valeat Miſſa boni Sacerdotis, quàm mali?

1 DIc in Miſſa duo cõſiderari, ſcilicet ipſum ſacrificium, & orationes, quoad ſacrificium tam valet Miſſa boni, quàm mali celebrãtis, ſed quoad orationes dic, quòd aut orationes dicuntur à celebrante in perſona Eccleſię, & hoc modo tam valent orationes boni, quã mali Sacerdotes: aut cõſiderãtur orationes prout dicuntur à celebrante, vti perſona priuata, & tunc maiorem efficaciam habent orationes boni, quàm mali Sacerdotis, quia ſunt Deo magis gratæ. Itaque orationes boni ex duplici cauſa plus valent, & ſunt meritoriæ, & Miſſa boni, dum pro aliquo dicitur, tam ex parte Sacramẽti, quã ex parte orationũ, quæ dicuntur à celebrãte in perſona Eccleſiæ, quàm etiam ex parte orationũ, quæ dicuntur à celebrante vti perſona priuata, dum deuotè celebrat, D.Th. 4.d.13.q.1.art.1.

Sot.

Sot.ibid.q.1.art.6. Nauar.c.25. nu.79.& aiij Summiſt.

2 Sed quoad eſſentialia Miſſæ.i. quoad cõtinentiam realem corporis, & ſanguinis Domini, & quoad effectum operis operati, tam valet Miſſa boni, quàm mali celebrãtis, quo verò ad effectum operis operantis eſt multò efficacior Miſſa boni, quàm mali, & indigni Sacerdotis, Nauarr.loc. prox.cit.

3 Et intelligendum orationes dictas à celebrante in perſona Eccleſiæ tam valere ſi à bono, quàm ſi ab indigno miniſtro dicantur, quia cùm ipſa Eccleſia præceperat dici, quæ eſt in charitate, ipſa dicere videtur, & per conſequens à quocunque dicantur, meritoriæ ſunt, D.Thom. 4.d.45.q.2.art.1.

4 Hic nota, dũ celebratur Miſſa pro anima, quæ eſt in Paradiſo, & nõ indiget ſacrificio, vel in Inferno, & non prodeſt ei valor ſacrificij, & Miſſæ, non erit fruſtra, nam diuina miſericordia, & pijſſima Dei prouidentia diſpenſat valorem illius Miſſæ alijs illo indigentibus, licèt pro eis non ſit celebrata illa Miſſa, D. Thom. loc.prox.cit.art.4.

Quæſitum LXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Miſſa pro defunctis an tantum ualeat de requie, quantũ de feria, uel Sãcto latè explicatur.*

An pro defunctis tantùm valet Miſſa de requie, quantùm de feria, vel Sancto?

1 Dic quoad ſacrificium tam valet Miſſa pro defunctis de requie (vt dicitur) quàm de Sancto, ſeu feria celebrata, ſed quoad orationes, quæ in Miſſa dicuntur, plus iuuat animas defunctorum Miſſa, quam Eccleſia ſpecialiter pro defunctis celebrare ſolet. Sed tanta poteſt eſſe deuotio eius, qui de Sancto celebrat pro mortuis, vel eius, qui celebrare facit, ſiue etiam interceſſio illius Sancti, qui orat pro defunctis, vt interceſſor ſit, vt valeat ac ſi Miſſa de requie celebrata eſſet.

Quæſitum LXIX.

SVMMARIVM.

1 *Miſſæ continuatæ plus valent, quã aliæ interpellatim dictæ.*

2 *Hymnus Dies iræ, &c. à quo compoſitus, remiſſiuè.*

An tantum proſint pro defunctis Miſſæ continuatè dictę.i. vna poſt aliã in pluribus diebus, quàm ſi vna die dicãtur, v.g. ſi dicantur Miſſę quadraginta in tot diebus, vel ſi omnes in vna die à quadraginta Sacerdotibus?

1 Dic reſolutè plus valere accelerata ſuffragia, quàm ſi

 fiant

fiant lentè, & in pluribus diebus. Itaque plus valent ad celeriorē liberationē animæ à pœnis Purgatorij, ſi Miſſæ dicantur plures in vna die, quàm ſi in pluribus diebus: quod ego charitatis memor, pro parentibus meis adimpleui, D.Anton. 3.p.tit.10.c.2. §.5.qui refert Petrum de Palud.

2 Hic ſcias, quod Hymnus, Dies iræ, dies illa, &c. fuit compoſitus ab Adm.R.P.F.Latino Frangipane Ordinis Prædicatorū, & Cardinali, vt ait Fr.Marcus Langella eiuſdem Ordinis in explicatione dictæ Sequentiæ, & Leander Albertus lib. de viris illuſtribus Ordinis Prædicatorum.

Quæſium LXX.

SVMMARIVM.

1 *Miſſa ſi celebratur pro pluribus, an valeat tātum cuique, quantum ſi pro vnoquoque celebraretur, adducuntur variæ opiniones.*

2 *Sacerdos debet eſſe cautus, vt nō accipiat eleemoſynam à pluribus pro vna Miſsa celebranda.*

3 *Sacerdos, qui accepta eleemoſyna promiſit alicui celebrare Miſſam de S. Antonio, vel alio Sancto, ſi poſtea celebrauit de feria, vel Spiritu ſancto, non ſatiſfacit deuoto, ad cuius deuotionem Miſſa fuit celebrata.*

Enumerantur duo alij caſus, in quibus Sacerdos non ſatiſfacit, nu.4.5.

An Miſſa ſi celebratur pro pluribus tam valeat cuique, quā ſi pro vnoquoque celebraretur?

1 Dic reſolutè, omiſſis difficultatibus, quod vna Miſſa ſi dicatur pro pluribus, valor ipſius non valet tantùm pro vno ſolo, ac ſi pro ipſo ſolo celebraretur, quia quādo Miſſa celebratur pro pluribus, valor diuiditur inter illos, effectus enim ſacrificij, & precum, quem Sacerdos, vt miniſter Eccleſiæ applicat, eſt certus, & taxatur, & ideo diuiſus inter plures diminuitur, ab Ang. nu.744.de Miſs. Et hæc inter diuerſas opiniones, vt infra, eſt melior, & ſecurior, quam tuetur D.Th. 4.d.45.q.2.art.4. D.Ant. 1.p.tit.20.c.2.§.4.Sot.d.13.q.2. art.1.Scot.quodlib.20. Nauarr. c.25.nu.92.& Alij.

Caietanus tenet, Miſſam tam prodeſſe pro pluribus celebrata, quā ſi pro vno, & ratio ipſius eſt, quia Miſſa nō amittit vim ſatiſfactionis pro quocūque numero offeratur ſacrificiū, in 3.p.q.79. art.5.& to.3.q.2.de celeb.Miſs.

Siluester tenet, Miſſam celebratam pro pluribus in genere, non facta applicatione illi, vel alij, non prodeſſe æquè ſingulis, ſed ſi facta fuiſſet applicatio particu-

ticularis Ioanni,& Laurentio,& alijs omnibus,tunc prodeſſe vni cuique, ac ſi pro vno ſigillatim celebratum fuiſſet, etiam ſi pro pluribus celebratum eſſet in genere, verb. Miſſa §.9.

Armilla,& Angelica tenent,ſi Sacerdos nulli promiſit totum valorem Miſſæ ſpecialiter, ſed reſpõdit,Rogabo pro te,vel pro mortuis tuis,tunc vnam Miſſam valere æquè pluribus,ſecundum tamen deuotionem offerẽtium, ver. Miſſ.§.53. & ver. Miſs.§.33.

2 In hoc verò, vt monet Armilla, debet eſse cautus Sacerdos, vt nulli promittat totum valorem Miſsę,vel dic melius,vt nullus Sacerdos acceptet à pluribus eleemoſynam pro vna Miſsa celebranda,nam alias deuotus populus deciperetur,quiſque enim cupit pro ſeipſo ſolo celebrari, vt plurimum, licèt etiam charitas Chriſtiana nõ deberet alios excludere.

3 Et hic nota, quòd Sacerdos, qui accepta eleemoſyna promiſit alicui celebrare Miſsam de S.Antonio,vel alio Sancto,ſi poſtea celebrauit de feria, vel Spiritu ſancto, non ſatisfacit deuoto, ad cuius petitionẽ Miſſa fuit celebrata, ſicut nec ſatisfaceret qui promittens celebrare in tali Eccleſia, vel tali Altari,celebraret poſtea de alio Sancto, vel in alia Eccleſia, vel in alio Altari, quia decipitur deuotio petentis pro tali Sancto eius deuoto, vel in tali Altari, Armill.ver.Miſsa §.36. Angelica eodem ver.§.52.

4 Nec ſatisfacit Sacerdos,ſi promiſit celebrare pro vno, & hoc vel accepta eleemoſyna,vel etiã ex liberalitate,ſi poſtea celebrauit pro alio, niſi ille, cui promiſerat, cõſentiet,vel ſciat ita eſse conſuetudinem,vt vnus pro pluribus celebret, & ſic contentatur, vel exprimat ita ſibi ſatisfactum eſse, Nauarr.c.25.nu.22. D.Antonin.1.p.tit.10.c.2.§.4.

5 Nec ſatisfacit qui promiſit celebrare alicui vnam Miſsam pro eius anima, & alteri aliam Miſſam pro eius anima, ſi poſtea dixit vnam Miſsam pro omnibus,quia intentio petentium, & promiſſio celebrantis fuit de tota Miſsa,D.Antonin.1.p.tit.10. c.2.§.4.Armill.ver.Miſsa §.35. Angelica §.36.

Sed qui darent eleemoſynam eodem tempore alicui Sacerdoti pro eadem Miſsa celebranda, & haberent ſpecialem actum circa illud ſacrificium, non priuaretur quiſque ſuo fructu ob ſocietatem aliorum,Sot.4.diſt.13. q.2.art.1.

Quæſitum LXXI.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdos, qui promiſit celebrare tres,uel quatuor Miſſas,ſi poſtea celebrat vnã, excuſatur in quatuor caſibus. Declara num.2.*

An qui promiſit celebrare tres, vel quatuor Miſſas, ſi poſtea celebrat vnã Miſſam, poſſet excuſari?

1 DIc, quòd ſic in infraſcriptis caſibus. Primò, ſi oportuit ipſum celebrare ex precepto Superioris illius Eccleſiæ, cui eſt adſcriptus, vel ſi eſt Religioſus, & ex precepto ſui Superioris celebrauit.

Secundo, ſi talis eſt conſuetudo Religionis, quam dantes eleemoſynam pro Miſſis celebrandis ſciunt, vel ſcire poſſunt.

Tertio, ſi Sacerdos ille ſatisfacit, & ſupplet cum alijs orationibus illis benefactoribus, quibus promiſerat Miſsam.

Quarto, ſi fecit ex conuentione, puta, quia dixit, rogabo pro te (& hæc eſt bona cautela) namque quicunque contractus ex promiſsione attenduntur.

2 Sed hoc intellige, quando dans eleemoſynam audiuit talẽ promiſſionem, & contentatus eſt, nam ſi celebrans accepit eleemoſynam, pro Miſsa celebranda, nõ excuſatur, & tenetur celebrare, ſed ſi cogitur celebrare ſecundum intentionem Superioris, tenetur eleemoſynam illam præſentare Superiori Eccleſiæ, vel Conuentus, vt notificata ipſius obligatione, ſatisfiat benefactori, vt obſeruatur in Metropolitana Eccleſia Beneuentana, vbi Canonici, ſeu Hebdomadarij, qui coguntur ſatisfacere obligationi Eccleſiæ circa Miſſas celebrandas, ſi aliquam eleemoſynã pro Miſſa celebranda accipiunt, ſtatim illam Procuratori conſignent, alias fraude notarentur, quod nunquam meo tempore accidit, & tenerentur ad reſtitutionem, nec ſatisfacerẽt pro orationibus priuatis, nam qui dedit eleemõſynã pro Miſsa celebranda, valorem Miſſæ voluit pro ſe, & non orationes priuatas, & ſic intellige excuſationem tertij caſus, vt ſupra, quando Sacerdos non acceptauit eleemoſynam pro Miſſa celebranda.

Quæſitum LXXII.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdos peccat mortaliter, ſi promiſit tribus perſonis dicere ſingulis vnã Miſſam, ſi poſtea dicat vnam pro omnibus.*

2 *Valor Miſſæ quotuplex eſt.*

3 *Sacerdos celebrãs, debet applicare valorem generalem Miſſæ vniuerſali Eccleſiæ, medium ei pro quo celebratur, & ſpecialem ſibi debitum, cui melius ſibi videbitur.*

An peccet mortaliter Sacerdos, ſi promiſit tribus perſonis dicere ſingulis vnã Miſſam, ſi poſtea dicat vnam pro omnibus?

1 DIc peccare ſine dubio mortaliter, quia fraudulenter egit,

egit, & iniuſtitiam commiſit, & tenetur, vel reſtituere, vel ſupplere, nam applicauit diuiſum valorem Miſſæ, & non totum illis tribus ſigillatim, quibus accepta eleemoſyna promiſerat, Nauar. c.25.nu.92.

2 Et hic ſciatur, quòd valor Miſſæ eſt triplex, ſcilicet generalis, qui debetur vniuerſali Eccleſiæ, iuxta intentionem ipſius, ſpecialis, & hic debetur ipſi Sacerdoti celebranti, & medius, qui debetur ei, pro quo celebratur.

3 Sacerdos ergo celebrans debet applicare valorem generalẽ Miſſæ vniuerſali Eccleſię, ſecundum illius intentionem, & valorem medium ei, pro quo celebratur, & aliter faciẽdo, male facit, ſed valorem ſpecialem, ſibi debitum poteſt celebrans applicare cui ei meliùs videbitur, vel ſibi, vel alij, Scot. quodlib.20. Nauar. c.25.nu.92.& 100. Sot. 4.d.13. q.2.art.2.

Quæſitum LXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdos pauper accipiens plures eleemoſynas pro vna Miſſa celebrãda, excuſatur à peccato mortali, & redditur ratio, nu.2.*

3 *Eleemoſyna pro celebrãda Miſſa, non accipitur vt pretium, vel merces, ſed pro ſubſtentatione Miniſtri.*

4 *Epiſcopus in Synodo Diœceſana poteſt ſtatuere, vt aliqua certa eleemoſyna detur pro celebranda Miſſa.*

An Sacerdos pauper accipiẽs plures eleemoſynas pro vna Miſſa celebranda excuſetur à peccato mortali ob eius paupertatem, ſi accipit ſaltem quantum ſufficiat ad victum pro vno die?

1 SOtus tenet, hunc talem excuſari ob eius paupertatẽ, 4.ſent.diſt.13.q.2.art.2.

Nauar. tenet non excuſari, & peccaret mortaliter, & probat per plures textus, & rationes c.25.n.92.& eius opinio eſt magis cõformis ſacris Canonibus, ideoque tenenda.

2 Sed ex priuilegio Apoſtolico poteſt aliquis Sacerdos vna Miſſa ſatisfacere pro pluribus, vt cõceſsũ fuit à Leone Decimo, & Iulio Secũdo Fratribus Minoribus, vel Fratribus Minimis, & ꝑ extẽſionẽ etiam alijs ordinibus Mendicantium, vbi Pontifex intellexit, quãdo eleemoſyna pro Miſſa celebranda non aſcendit ad valorem vnius Iulij, quod tũc licet accipere tot eleemoſynas, quouſque ad ſummam vnius Iulij perueniatur, & vna Miſſa cenſeatur ſatisfactum omnibus.

3 Sed cum ſit tractatũ de eleemoſyna pro celebranda Miſſa,

dic, quòd illa eleemoſyna non accipitur, vt pretium, & vt merces pro Miſſa celebrãda, vel pro conſecratione Euchariſtiæ, nam eſſet ſimonia, ſed accipere aliquid pro ſubſtẽtatione Miniſtri, .i. Sacerdotis celebrantis, nõ eſt ſimonia, dummodo ſit ſecũdum Eccleſię ordinationem, & approbatam conſuetudinem, & tunc non ſumitur, vt pretiũ mercedis, ſed vt ſtipendium neceſſitatis, iuxta illud, Qui Altari ſeruit, &c. & D.Auguſt. Accipiet, inquit, Sacerdos ſubſtentationẽ neceſſitatis à populo, ſed mercedem diſpẽſationis à Deo, D.Th.4.d.25. q 3. ad quartum, D.Anton.2.p. tit.1.c.5.§.16. Riccard. 4.ſent. diſt.25.art.3.q.1. ad ſecundum.

4 Et Epiſcopus poteſt ſtatuere in Synodo Diœceſana, vt aliqua certa eleemoſyna detur pro celebranda Miſſa, vt in Synodo Beneuẽtana decima pars aurei ſtatuta eſt, non tamen debet ſtatuere, vt minus nõ accipiatur, quia Miſſa non eſt pretio æſtimabilis, D.Th.loc.cit.art.2.Nauarr. c.23.nu.106.

Quæſitum LXXIV.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdos, qui vni promiſit dicere Miſſam de B.V. alteri de S. Antonio, & tertio de defunctis, ſi dicit Miſſam de B.V. cum commemoratione Sancti Antonij, et pro defunctis, non ſatisfacit omnibus, licet Ang. teneat contrarium.*

An Sacerdos, qui vni promiſit dicere Miſsam de B.V. alteri de S. Antonio, tertio verò de Defunctis, ſatisfaciat omnibus, ſi dicat Miſſam de B.V. cum commemoratione S.Antonij, & pro defunctis?

1 DIc, quòd non, quia quilibet illorum intendebat habere pro ſe totam Miſſam, & non commemorationem.

Angelica tenet, hunc ſatisfacere, maximè vbi eſt cõſuetudo, & Sacerdos intendit in alijs ſacrificijs poſtea, & orationibus ſatisfacere pro illis, ver. Miſſa §.52. ſed eſt melior prima opin.

Quæſitum LXXV.

SVMMARIVM.

1 *Miſſa celebrata ab excommunicato eſt meritoria, & ſatisfactoria, & adducitur ratio.*

2 *Adducitur opinio in cõtrarium D.Thom. quæ eſt probabilior.*

An Miſsa excommunicati habeat aliquem valorem?

1 DIc eſſe meritoriam, & ſatiſfactoriam, quatenus offertur ab illo excommunicato in per-

per-

perſona Chriſti, cuius meritum tollit malitiam Miniſtri quantumuis peſſimi, D.Th.loc.citat. Vict.de Euchar.§.92.

Sed orationes, quæ dicuntur ab excōmunicato, vt à perſona priuata, quia eſt ingratus Deo, nil proſunt, ſed quæ dicuntur ab eo in perſona Eccleſiæ valent, ſecundum ſententiam Soti 4.d. 13.q.1.art.2.

2 D.Thomas tenet, non valere, & ratio ipſius eſt, quia ille Sacerdos per excommunicationem cū ſit ab Eccleſia ſeparatus, eius orationes efficaciam non habēt. Optima ratio eſt mei Doctoris Angelici 3.p.q.82.art.7.ad 3.

Quæſitum LXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Sacrificium Miſſæ non prodeſt animis poſitis in Inferno, ſed illis poſitis in loco purgatorio.*
3 *Valor Miſſæ cui applicetur.*
3 *Item quomodo proſit Sanctis.*
4 *Angeli boni non poſſunt conſecrare Sacramentum Miſſæ.*

An ſacrificium Miſsæ proſit iam mortuis?

1 DIc, non prodeſſe mortuis poſitis in inferno inferiori, immò pro damnatis non eſſe celebrandum, & celebrare pro illis eſſet ſacrilegium, ſicut nec prodeſt Sanctis, qui ſunt in Paradiſo quò ad gloriam eſſentialem, quia amplius merere non poſſunt, licèt, ſi dicatur Miſſa in honorem Sanctorum, augetur eorum gloria accidentalis, namque Beati gaudent de omni opere bono, quod vidēt fieri ad laudem Dei, D.Anton. 3.p.tit.13. c.6.§.13.Silu.verb. Miſſa 1.q.8.

Sed prodeſt animabus poſitis in loco purgatorio, c. cum mater de celeb. Miſſ.& hoc ex opere operato per modum ſuffragij, quia hoc ſacrificio ſuffragamur illis, ſoluendo pro illis per applicationem valoris huius ſacrificij applicabilis, Couarr. in c. Alma mater, 1.p.§.5.nu.21. Nauarr.lib.2.conſ.1.nu.321.

Et hic ſciatur, quod valor, ſeu effectus, vel fructus ſacrificij Miſſæ, non applicatur æqualiter concurrentibus ad eius celebrationem, nam maior pars applicatur ijs, qui fuerunt potiores cauſæ, & maiorem habent deuotionem cæteris paribus.

2 Hinc primo applicatur illi pro quo ſpecialiter offertur ſacrificium. Secundò participabit ipſe celebrans. Tertiò participabit procurans, vt ſacrificium offeratur, dans eleemoſynam, vel alio modo. Quartò miniſtrans Altari, & adiuuans. Quintò circunſtantes, pro quibus ſpecialiter offertur, qui participant, vt membra Eccleſiæ, & offerūt per Sacerdotē, & deuotione approbant.

bant. Sextò ſunt abſentes, vt Sanctiſs. PP. Antiſtes, Imperator, & alij, quos Sacerdos ſpecialiter commendauit in Memento, vel oratione. Septimò participant etiam omnes fideles exiſtentes in charitate, quia ſunt membra corporis Chriſti myſtici.

Sed nota, quòd ex multitudine horum participantium non diminuitur fructus ſingulorum, ſtante eadem deuotione, omnes participant pariter, vel ſecundũ eorum deuotionem.

3 Adde pro complemento hoc ſacrificium nõ prodeſſe Sanctis ad remiſſionem pœnæ, vel culpæ, cùm illis careãt, nec ad augmentum gratiæ, vel gloriæ eſſentialis, ſed ſolùm gloriæ accidentalis, & offerri debet Deo pro Sanctorum memoria, & honore pro eorum victorijs hic in Mundo reportatis, vt dictum eſt.

4 Et hic etiam eſt notandũ, quod Angeli boni non poſſunt conſecrare hoc Sacramentũ, quia hoc eſt officium ſolius hominis Sacerdotis, vt habetur Lucæ 22. *Accipite, & diuidite inter vos*, & ibi gloſ. Accipite vos homines Sacerdotes, & diuidite, & date. & in hymno feſti Corporis Chriſti, *Solis Præsbyteris committi voluit, &c.* & ratio eſſe poteſt, quia Angeli non ſunt membra homogenea cum Chriſti capite, & quod dicitur à Gregorio in homil. Paſcali, eſt intelligẽdum, quod Angeli aſſiſtent in celebritate huius Sacramenti non conficiendo, ſed precantes, vt noſtra munera ſint Deo accepta, ita Alex. de Ales, & Turrecremata loco citato. Hoc dictum intellige de potẽtia ordinaria, nam de potentia abſoluta Dei diſputatur à Doctoribus, à S.Th. in 3.p. q.64. & ſuis Interpretibus, quos lege.

Quæſitum LXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Celebrans quid agere debeat, ſi omiſit dicere aliqua in Miſſa ex obliuione.*

Quid faciendum, ſi celebrans omiſit dicere aliqua in Miſsa ex obliuione?

1 DIc, quòd ſi pertranſit locum debitũ illius, quod dicere omiſit, & non poſſet ſine nota replicare, tunc debet omittere, & ſequi Miſsam, ſed ſi poſset replicare ſine nota, quia locum nõ pertranſit multo ſpatio, debet replicare. Verùm ſi omiſsa eſsẽt de pertinentibus ad formã conſecrationis, tunc eſsent omnino replicanda, etiam ſi locum pertranſiſset, vt ſupra etiam dictum eſt. Et adde, quòd quando poteſt replicari ſine nota, intellige de aliqua parte notabili, nõ autem de minima, & ſi eſset in dubio an ali-

aliqua omiſerit in Miſsa, ſi conſtat ei probabiliter omiſiſse de pertinētibus ad conſecrationē, debet incipere ab illa forma, quam dubitat omiſiſse, ſed ſi nō ſint de pertinētibus ad formam Sacramenti non eſt opus, vt repetat, D. Thom. 3. q. 73. art. 6. ad quintum, Tabien. in verb. Miſsa §. 38. Silu. §. 3.

Quæſitum LXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Celebrans ſi communicauit, & ſtatim per ſumptam communionem euomat, quid agere debeat.*

Quid faciendum ſi quis communicauit, & ſtatim per ſumptam cōmunionem euomat?

1 Dic, quòd ſi diſcerni poſsunt ſpecies ſacramentales, debent diligēter, & reuerenter colligi, & vel reponi in ſacrario, vel ab alio, qui poſset ſine nauſea ſumi, & cætera, inter quæ inuentæ fuerunt dictę ſpecies, ſeruari, & in cuſtodia reponi, donec corrumpantur, & poſtea in ſacrariū mittantur, D. Anton. 3. p. tit. 13. c. 6. §. 5. Io. de Lapide c. 7. art. 3. dub. 4. Idē dic de emittente per alias vias, ob ſtomachi relaxationem ſtatim poſt ſumptum Sacramentum; & peccaret mortaliter, qui patiens has infirmitates celebraret, vel cōmunicaret. Idem dic de patiente vomitum, D. Antonin. loc. cit. §. 3. & Io. de Lapide c. 2. art. 4. dub. 6.

Quæſitum LXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdos dum celebrat, ſi ſuperuenerit excommunicatus, & vult Miſſam audire; quid agere debeat.*

Quid agendum, dum Sacerdos celebrat, ſuperuenerit excōmunicatus, & vult Miſsam audire?

1 Dic, quòd ſi Sacerdos ſciat illum eſſe excommunicatum publicum, & notorium per cedulonem, vel per publicam clerici percuſſionem, non debet coram eo celebrare, & ſi nollet exire, debet ceſſare à Miſſa, niſi incępiſſet Canonem *Te igitur*, & tunc procedere, & ſequi, vt ſupra reſponſum eſt quæſito.

Et ſi diſceſſerit Clericus inſeruiens, & expectato conueniēti ſpatio, nō reuertitur, nec alius adſit, poteſt celebrans ſolus ſequi, & ipſe ſupplere vicem miniſtrantis.

Quæſitum LXXX.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdos quid agere debeat, ſi aduertit, Hoſtiam non eſſe ex triti-*

tritico, vel alio liquore, quàm alia aqua naturali confectã, & nu. 3. 4. 5.

2 *Item quid agere debeat, ſi ante canonem viderit nõ fuiſſe appoſitam Hoſtiam, vel eſſe deperditam, vel vinũ ſparſum.*

Quid agendum, ſi Sacerdos aduertit, Hoſtiam non eſſe ex tritico, vel ex alio liquore, quàm alia aqua naturali confectam?

1 DIc, quòd ſi aduertit ante cõſecrationem, debet apponere materiam aptã, & procedere in Miſſa à loco, quo aduertit ante conſecrationem, ſin poſt conſecrationem id euenit, apponat materiã aptã (remota tamen, & reuerenter conſeruata illa materia indebita) & incipiẽdo à verbis conſecrationis ſuper materia debita, ſequatur Miſſam, & poſt ſumptionẽ ſanguinis ſumatur etiam, & ille panis, vel Hoſtia, vt ſupra conſeruatus, ſuper quam prolata fuerunt verba cõſecrationis, ab ipſomet celebrante, vel ab alio volente ſumere, D. Thom. 3. p. q. 73. art. 6. ad quartum, D. Ant. 3. p. tit. 13. c. 6. §. 14. Io. de Lapide c. 7. art. 1. dub. 3.

2 Similiter debet ſe gerere Sacerdos, ſi ante Canonem viderit nõ fuiſſe appoſitam Hoſtiam, vel eſſe deperditam, vel vinum ſparſum, debet aliam debitam materiã apponere, & ſequi Miſſam, ſin id accidat poſt cõſecrationem, vt ſi deperdatur Hoſtia vento mota, vel alio accidenti, (in quo nimium debet eſſe cautus celebrans, ne accidat, & nũquam oculos, quantum fieri poteſt ab Hoſtia, & Calice auertere) vel ſi ſanguis effundatur, debet aliud vinum apponere, & incipere à loco, *Qui pridie*, in cõſecratione Hoſtiæ, vel à *Simili modo*, in conſecratione Calicis.

3 Et ſi in prædictis caſibus non adeſſet materia Hoſtiæ, nec vini, vt ſuppleri poſſet, & procedi ad perfectionem ſacrificij, in tali caſu celebrans deberet totum dimittere, Io. de Lap. c. 7. art. 1. dub. 11. Tabien. Miſſa, §. 35. Roſell. Euch. 3. §. 48. & hoc intellige ſi nondum ſumpſerit, quia ſi poſt ſumptionem Hoſtiæ aduertat illam nõ fuiſſe ex tritico, nec habet aliam, qua ſuppleat, debet nihilominus ſumere ſanguinem. Ita etiam ſi poſt conſecrationẽ panis aduertat defectum vini, nec habet aliud, quo ſuppleat, debet ſumere corpus, ne remaneat inaſſumptum, Roſell. & Tabien. loc. cit.

4 Et ſi celebrans poſt ſumptam Hoſtiam, & ſanguinem aduertat defectum Hoſtiæ, quod non fuerit debita materia, debet ſumere aliam debitam, & aliud vinũ, & incipere, vel à Canone, vel à loco, *Qui pridie*, & ſequi, & conſecra-

ſecrare, & ſumere poſtea omnia, ne ſacrificium remaneat imperfectum, & nil refert, quòd nō ſit ieiunus, quia eſt maius præceptum, vt ſacrificium ſit perfectum, quàm vt ſumatur à ieiuno, & concurrentibus duobus præceptis, maius attenditur, D.Th. 3.p. q.83. art.6. ad quartum, D.Anton. 3.p.tit.13.c.6.§.5. Tabien. Miſsa §.34. Quicquid dicat Riccard. in 4.d.11.art.2.q.6. & Alij ibidem.

5 Et ſi celebrans in celebrando aduertat panem eſse diſpoſitū, & in via ad corruptionem, & vinum ad aciſcendum, ſed nec panis eſt corruptus, nec vinum acetū, vel ſi Hoſtia fuerit fracta, aut maculata, aut non rotunda, dic, quod ob reuerētiam Sacramenti deberet mutari, ſed ſi non haberetur alia materia apta, debet in illa perfici, niſi eſſet graue ſcandalum.

Si verò id perciperet celebrās in ipſa conſecratione, vel poſt conſecrationē, debet proſequi, & perficere Sacramentum, Io. de Lapi. c.7.art.1.dub.11. Tabien. ver. Miſsa §.41. Summ. Confeſs. lib.3.tit.24.q.91.

Quæſitum LXXXI.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdos quid agere debeat, ſi ſpecies conſecratæ ceciderint ſuper tobaleis Altaris, vel ſuper alium pannum, vel in terram, vel ſuper lapidem, vel tabulam.*

Quid agendum ſi ſpecies conſecratæ ceciderint ſuper tobaleis Altaris, vel ſuper aliū pannum, vel in terram, vel ſuper lapidem, vel ſuper tabulam?

1 DIc, quòd ſi ipſa Hoſtia, vel pars, quę ceciderit eſt ſtatim cum maxima reuerentia lauanda, & reponenda in locū, vnde ceciderat, & diligenter inſpiciendum ſi aliqua fragmēta ibi remāſerint, quæ etiam eſsent lauanda. Locus verò ille vbi iacuit Sacramentum radatur, & abraſa comburantur, & cineres in ſacrarium immittantur.

Et ſi locus non poſset diligēter radi ſtatim, debet circumſignari, & cooperiri, donec commodè radi poſſit, ne interea pedibus conculcetur, ſed ſi ſuper pannum ceciderit, debebit pannus ille excuti ſuper Corporale, vel ſuper Patenā, & deinde lauari, & aqua lotionis immitti in ſacrarium.

Vbi autem Hoſtia ceciderit in terrā, & Sacerdos non poſſet ſine graui ſcandalo leuare, vel cum maxima irreuerentia, & eſſet periculū, vt vel animal deuoraret, vel pueri ſumerent, vel quòd pedibus conculcetur, vel aliud imminе-

mineret periculum,& indecẽtia, tunc poterit cõuenienter leuari à miniſtrante, vel etiam à laico, ſi non adſit Sacerdos, & porrigi Sacerdoti celebranti, Io. de Lap. c.7.art.2.dub.5. Immò dicerem, ſaluo meliori iudicio, poſse in hoc caſu, etiam fœminas leuare, & porrigere celebranti.

Quæſitum LXXXII.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdos quid agere debeat, ſi celebrando tetigerit Hoſtiam conſecratam cum barba, vel cum naſo, vel cum veſtibus.*

2 *Item quid agere debeat ſi ſtillauerit ſanguis extra Calicem in totum, vel in parte, & nu. 3.4.5.6.7.8.*

Quid agendum ſi celebrans tetigerit Hoſtiam conſecratam cum barba, vel cum naſo, vel cum veſtibus?

1 DIc, quòd ſi verisimiliter creditur remanſiſſe aliquam particulam, & fragmenta etiam minima Hoſtiæ conſecratæ in barba, vel naſo, vel veſte, vbi tetigit, debet ſtatim celebrans, vel poſt ſumptionem cum extremitate Patenæ fricare ſuper Corporale partem illã membrorũ, in qua tetigit Hoſtia conſecrata, & ſi pannus fuerit, excutiatur pars illa panni ſuper Corporale, & ſi aliqua fragmenta appareãt, ponãtur in Calice, & ſimul cum ſanguine ſumãtur, & deinde poſt ablutionem digitorum diſcretè lauetur, vel humectetur digito pars illa tacta ab Hoſtia ſacra, & abſtergatur panniculo abſterſiuo Calicis, Io. de Lapi. loc. cit. dub. 6.

2 Sed ſi ſanguis in totum, vel in parte ſtillauerit extra Calicem, ſi totum ſtillauerit, debet Sacerdos apponere aliud vinum, & incipiendò à uerbis, *Simili modo*, de nouo conſecrare.

3 Sed ſi ſtillauerit aliqua pars, debet meliori modo, quo poteſt recolligi, & reponi iterũ in Calicem, & ſumi, ſi poteſt ſine nauſea, ſi uerò timeretur uomitus, illæ ſpecies conſecratæ conſeruentur in loco decenti intus tabernaculum quouſque corrumpãtur, & reliqua pars ſanguinis, quæ remanſerat in Calice, debet ſumi à celebrante.

4 Locus uerò ubi ſtillauit, ſi fuerit tabula, uel lapis, ſeu terra, & ſimilia, debet radi diligenter, & quod abraſum fuerit, comburi, & cineres recondi in Sacrario, uel intra ipſum Altare.

5 Si ceciderit ſanguis ſupra linteamina Altaris, uel ſuper corporale, fiat trina lotio cum aqua munda in loco, qui fuit tactus à ſanguine ſubterpoſito Calice, in quo recipiatur ablutio illa, quæ ablutio, uel ſumatur à celebrante, uel recõdatur prope Altare,

tare, uel in ſacrariū reponatur, ſi cum periculo nauſeæ ſumeretur. Idem dic, ſi ceciderit ſuper ueſtem, uel ſi ueſtem tetigerit, D.Tho.3.p.q.83.art.6. ad ſeptimum, D.Anto. 3.p. tit.13. c.6. §.3. Nauarr.c.25.nu.39. Et ſi ceciderit ſanguis ſuper ueſtem ſacram, uel illa tetigerit ſanguinem, poſt trinam ablutionem, ut ſupra, reſcindatur etiā illa pars ueſtis, & conſeruetur inter reliquias, vel in alio loco in altari, uel comburatur, & cineres in ſacrarium reponantur, ueſtis uerò illa eſſet in uſu ſacrorum conſeruanda, & deſtinanda ſecūdum eius aptitudinem, Ioan.de Lapide loc.cit.

6 Et ſi ſanguis ceciderit ſuper capillo capitis, uel barbæ, debet pars illa barbæ, & capillorum ablui trina lotione, quæ lotio reponatur in ſacrario, & capilli illi abraſi comburi debent, & cineres reponi in ſacrarium, ut ſupra, ſimiliter ſi ſanguis ceciderit ſuper faciem, uel aliam partē corporis nudā, debet trina lotione lauari, & lotio reponi, ut ſupra, Ioan.de Lap.loc.cit. dub.7. Et in caſu, quo totus ſanguis effluxerit, debet diligēter colligi, ſi poteſt, & reponi in Calicem, & ſumi, ſi ſine nauſea poteſt, vel conſeruari, vt ſupra dictum eſt, & ſi colligi nō poteſt, debet lambi, vel ſugi, & ſorberi ab ipſo Sacerdote ſtatim, ante quàm à terra abſorbeatur, etiam ſi nondum corpus ſumpſerit, quia in hoc caſu ordo ſumptionis poteſt peruerti, vbi autem timeretur nauſea, debet excauari tota illa pars terræ ſanguine madefacta, & conſeruari in loco decenti, vel inter reliquias, donec corrumpatur, &c.

7 Et cùm non poteſt lambi, vel ſorberi, nec colligi vllo modo, debet ſumi aliud vinum, & conſecrari de nouo, incipiendo à *Simili modo*, vel ſi ſumpſerit corpus, debet ſumi alia Hoſtia, & vinum, & de nouo conſecrare, ne ſacrificium remaneat imperfectum, & ſic procedi ad completionem Miſſæ, & addit Ioan. de Lapide loc.cit. locum terræ, in quo ſanguis fuiſſet abſortus, debere cooperiri, ne pedibus conculcetur, quod cenſeo faciendum eſſe poſt excauatam, & extractam illam partem terræ ſanguine infuſam, vt ſupra dictum eſt.

8 Et vbi non poſſet Sacerdos ſanguinem effuſum colligere, vel ſorbere, vel eſſet graue ſcandalum, ſi ille hoc faceret, poſſet id ſupplere miniſter Altaris, ſi eſſet ſaltem diſpoſitus per contritionem, cum voto confitendi, maximè ſi ei nutu ſignet, vel pręcipiat celebrans, vel eo deficiente, poterit etiam laicus fortaſſe ſupplere in hoc caſu neceſſitatis, Ioan.de Lapide loc.cit.

Quæſitum LXXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdos quid agere debeat, ſi in ſumptione ſanguinis, remanſerit particula Hoſtiæ conſecratæ in fundo Calicis.*

2 *Item quid agere debeat ſi poſt ſumptionem ſanguinis adhæreat particula Hoſtiæ in palato.*

Quid agendum ſi in ſumptione ſanguinis remanſerit particula Hoſtiæ conſecratæ in fundo Calicis?

1 DIc, quòd eſt infundendum vinum, & cum illo ſumenda, Nauarr. c. 25. nu. 9.

Vel debet, & melius, cum digito conſecrato deduci ad labia Calicis, & ſumi à celebrante, & deinde abſtergi ille digitus, & lotio etiam ſumi, Ioan. de Lapi. c. 7. art. 3. dub. 1. Scot. 4. d. 3. q. 3. Sed eſt bona prima ſententia, meo iudicio, nec obſtat, quia vinum priùs deſcenderit in ſtomachum, & ſic videretur ſumi à nõ ieiuno, quia quod fit tali modo, dicitur fieri ſimul, Angel. verb. Miſſa §. 2.

2 Et ſi poſt ſumptionem ſanguinis adhæreat particula Hoſtię in palato celebrantis, dic, quòd debet lingua dimoueri, & degluti, ſed ſi id non ſequitur, debet vinum ſorberi quouſque deglutiatur, & id eſt decentius, quàm ſi digito dimoueatur; legite Rubricam de defectibus in Miſſali Romano.

Quæſitum LXXXIV.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdos quid agere debeat, ſi Hoſtia conſecrata transportaretur à vento, vel alio modo fuerit amota, & ibi adducitur admonitio, & pœna, quam meretur.*

2 *Item ſi poſt ablutionem reperit aliquas reliquias Hoſtiæ conſecratæ ſuper Corporale, vel alibi, quid agere debeat, latè declaratur.*

3 *Item quid agere debeat, ſi ſuper particulis conſecratis ſuperuolet alia non conſecrata.*

Quid agendum ſi Hoſtia conſecrata trãſportetur à vento, vel alio modo fuerit amota?

1 DIc, faciẽdam eſſe maximã, & reuerentem diligẽtiam pro illa inuenienda, & inuenta, reuerenter reponi debet in loco ſuo, & perfici ſacrificium, ſed ſi reperiri non poteſt, debet ſumi alia Hoſtia, & reincipi à Canone, & conſecrari, ut moris eſt, & perfici ſacrificium, Ioan. de Lapide loc. cit.

Verùm Sacerdos, cuius negligentia

gentia id accidit, maximam meretur punitionem, ut Parocho, quem noui, inflicta eſt, cuius incuria ſimilis caſus accidit.

Ideo debet eſſe cautus celebrans ad euitandum periculum, ut Hoſtiã Patena cooperiat, maximè tempore hyemali, & in Eccleſijs expoſitis, & uẽtorum impetum patientibus, & nũquam, quantum fieri poteſt auertere oculos ab Hoſtia, & Calice.

Si uerò accidat, vt Hoſtia cõſecrata, uel pars eius ceciderit intus Calicem, & manibus celebrantis, dum dicitur, *Per ipſum*, & hoc uel propter frigus, uel ob aliam cauſam accidentalem, debet tũc celebrans ſequi Miſſam, & in ſumptione ſumere ſimul cum ſanguine Hoſtiam, ſi pars tantùm ceciderit in Calicem, & pars remanſerit in manu celebrantis, tunc cum illa parte ſequatur ſecundum ritum Miſſæ uſque ad finem, ſcilicet frangere, & partem in Calicem more ſolito dimittere, ac ſi eſset integra, & in fine ſumere ſimul cum ſanguine tam partem, quæ ceciderat, quã eã ab ipſo immiſſam, D.Tho.3.p.q.83.art.6.ad ſextũ, Ioan.de Lapid. c.7.art.2. dub.4. Tabien.Miſsa, §.39.

2 His adde, quòd ſi poſt ablutionem celebrãs reperit aliquas reliquias Hoſtiæ conſecratæ ſuper corporale, uel alibi, debet illas reliquias ſumere in Calice, ſi erunt minimæ è corporale immiſſas, ſi uerò erunt grandiores, debet eas ſumere cum Hoſtia, Ioan. de Lap. c.2. art.2. dub.3. Si autem erit Hoſtia integra, ut poteſt accidere in communione populi, debet conſecrari, & non ſumi, niſi à ieiunó, Ioan.de Lapide loc.cit.dub.1. Sed de particulis minimis, quę ceciderint de Hoſtia cõſecrata, dic, quòd ſi ſtatim ſumantur, & non ex interuallo temporis, etiam poſt ablutionem poſsunt ſumi, & nõ peccatur, Caiet. 3.tom. de celebr. Miſſ. q.1. quia cenſetur vnum conuiuium, vt alibi etiam dictũ eſt, & quę incõtinenti fiunt, ineſſe videntur. Si ex interuallo temporis aduerterit celebrãs dictas reliquias, debet conſeruare, vel alteri ad communicãdum dare, non autem ipſe ſumere, Nauarr. c.25.num.89. Angel.verb.Miſſa §.47.

3 Et quid ſi ſuper particulis conſecratis ſuperuolet particula nõ conſecrata, & neſcitur diſcerni quæ illa eſſet, dic, quod oporteret, vt binæ particulæ porrigerentur, & ita non conſecrata ſumeretur cum conſecrata.

Quæſitum LXXXV.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdos quid agere debeat, ſi ante conſecrationem, vel poſt reperit ſuper Corporale in Altari, vel extra eo plicato aliqua*

qui fragmenta Hoſtiæ, vel Hoſtiam integram, vel particulam, vel particulas pro communicandis.

Quid agendum, ſi Sacerdos ante cõſecrationem, vel poſt reperit ſuper Corporale in Altari, vel extra eo plicato aliqua fragmenta Hoſtię, vel etiam Hoſtiam integram, vel particulam, ſeu particulas, vt vocant pro communicandis, & dubitat, an fuerint conſecratæ?

1 DIc, quod huiuſmodi reliquiæ, vel Hoſtia, ſeu particulæ debent reuerenter tractari, & ſumi poſt ſumptionem ſanguinis ante ablutionem, hac tamen intentione, quatenus ſint conſecratæ, & non aliter, Ioan. de Lap. c.7. art.5. dub.3. Riccard. in 4.d.8.art.1.q.2.

Quæſitum LXXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdos quid agere debeat, ſi ubi appoſuit in Altari plures hoſtiolas, ſeu particulas pro communicando populo, & cum peruenerit ad verba conſecrationis, profert illa, dirigendo intẽtionem actualem ſolummodo ad Hoſtiam, quam videt ſupra alijs, & non ad alias hoſtiolas.*

2 *Item adducuntur pulchræ admonitiones Sacerdotibus celebrantibus.*

Quid agendum ſi Sacerdos, vbi appoſuit in Altari plures hoſtiolas, ſeu particulas pro communicando populo, & cum peruenerit ad verba conſecrationis, profert illa dirigendo intẽtionem actualem ſolummodo ad Hoſtiam, quam videt ſupra alijs, & nõ ad alias hoſtiolas?

1 DIc, quòd in hoc caſu omnes debent tractari, ut conſecratæ, & ſufficit intentio uirtualis conſecrandæ, & hoc uerũ eſt, quia à principio intendit omnes velle conſecrare, ſecus eſſet, ſi tẽpore conſecrationis habuit intentionem tantùm ad vnã ſolam Hoſtiam, & cæteras intenderet excludere, quia tunc illa vna ſola eſſet cõſecrata, Nau.c.25.n.91. Io.de Lapid.c.8.art.1.dub.14.& Scot.4.ſent.d.12.

2 Et dictis adde, celebrantem, ſi poſt ſumptionẽ ſanguinis aduertat aliquã guttam ſanguinis in orificio Calicis, vel alia parte ipſius, debet ſumere, ſi conſideret, quod illa ſit conſecrata, quia in appoſitione vini bene exterſit Calicem, & per conſequens non poteſt eſſe niſi conſecrata. Ideo ſumenda ante ablutionem, ſi du-

ſi dubitat, an ſit cõſecrata, debet ſumi ſub conditione, ſi ſit conſecrata, etiam ante ablutionem, ſi verò eſt certus non eſſe conſecratam, debet ſumere cum ablutione. Sit igitur cautus Sacerdos, vt bene abſtergat, pro euitando inconuenienti, Io. de Lap. c. 7. art. 6. dub. 2. Et ſi inueniatur aliqua gutta in pede Calicis, dic, quòd non eſt conſecrata, quia nõ potuit eſse intentio celebrantis illam conſecrandi, Angel. & Silueſt. ver. Miſsa nu. 21. Secus ſi effluxerit poſt conſecrationem. Et ſi poſt conſecrationem aduertat guttam in Planeta, vel Manipulo, vel Stola, vel alia parte, debet lambere, ſi eſt certus, quod ſit conſecrata, ſi dubius, lambat ſub cõditione, & lauet, vt ſupra, Io. de Lapi. loc. cit.

Quæſitum LXXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Hoſtia conſecrata ſi eſſet comeſa à Mure, vel alio animali, quid agendum latè declaratur, & nu. 3.*

2 *Adducitur pulcher caſus de quodam Sacerdote, qui ſpecies conſecratas ſputo leproſi eiectas, ſumpſit.*

Quid agendum, ſi Hoſtia conſecrata eſſet comeſa à Mure, vel ab alio animali, & an dictum animal comederit Sacramentum?

1 DIc primo, quòd ſi animal poteſt apprehendi, debet aperiri, & ſi in ore, vel in inteſtinis reperiantur ſpecies cõſecratæ, debẽt reuerenter eligi, & conſeruari in tabernaculo, quouſq; naturaliter conſumentur, & animal comburi, & cineres in ſacrarium reponi, D. Thom. 3. p. q. 83. art. 6. ad ſecundum, D. Antonin. 3. p. tit. 13. c. 6. §. 3. Io. de Lapide c. 7. art. 3. dub. 7.

Et eſſet laudabile, & maximè pium, ſi aliquis bene diſpoſitus, & ieiunus non abhorreret ſpecies ſic inuentas ſumere, vel etiã ex vomitu eiectas, vt refert D.
2 Antonin. loc. cit. de quodam Goderano deuotiſſimo, qui ſpecies conſecratas, ſputo leproſi eiectas, collegit reuerenter, & & ſumpſit. O maximam pietatem, & charitatẽ per omnia tempora celebrandam in hoc ſæculo, in futuro autem maxima retributione digniſſimam.

3 Dic ſecundò, quòd ſi animal deuoraſſet illas ſpecies, non niſi naturaliter, & realiter, vt alias res humanas, corpus tamen Chriſti tandiù eſſet ſub illis ſpeciebus, quamdiù corruptæ, vel digeſtæ non eſſent.

M Quæ-

Quæſitum LXXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdos celebrans admonitur quomodo ſe gerere debeat in conſecratione, & maximè ſi intendit cõſecrare numerum determinatum particularum pro communicandis.*

Quid agendum, ſi celebrans intendit conſecrare determinatum numerum particularum, vt puta viginti, & non plures, pro communicandis viginti perſonis, ſi poſtea reperiantur plures, vel pauciores?

1 DIc, quòd ſi intẽtio celebrantis fuit determinata ſolummodo ad numerum determinatũ, puta ad viginti hoſtiolas, & nõ plures, nec pauciores, nulla eſt conſecrata. Debet cautus Sacerdos nõ reſtringere intentionem ad numerum, ſed dirigere ad omnes appoſitas, quia alias exponeret ſe huic periculo, Io. de Lap. loc. cit. dub. 15. & omnes Scribentes de Miſſa.

Et hoc adeo verum eſt, vt ſi ex centum hoſtiolis appoſitis ante eius oculos intendit tantũ conſecrare decem, & nõ plures, quas bene deſignauit oculis, & mente ab alijs diſtinxit, tunc illæ decẽ, & non aliæ eſſent conſecratæ.

Sed dum non diſtinxiſſet, nec determinaſſet, quas vellet ex eis, decem cõſecrare, ſed in confuſo conſecrauit, nulla eſt cõſecrata, quia neſcitur, ſuper quas directa fuit ipſius intentio in prolatione verborum conſecrationis, & nõ eſt maior ratio de vna, quàm de alia, Io. de Lap. loc. cit. dub. 16. Et ſic faciens eſſet maximè puniendus, & ſuſpendendus à celebratione Miſſæ. Immò examinandus quid ſentiret de hoc Sanctiſſimo Sacramento.

Quæſitum LXXXIX.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdos celebrãs quid agere debeat, ſi celebrando acciderit ei nauſea.*

2 *Item ſi non appoſuerit vinum in Calice.*

3 *Item ſi appoſuerit in eo vinum corruptum.*

Quid agendum, ſi celebranti acciderit nauſea inter celebrandum, & abominatio vini, vt omninò nec videre, nec odorare quidem poſſet, nedum ſumere?

1 DIc, quòd in hoc caſu ſi nondum cõſecrauit, debet dimittere Miſſam, ſed ſi id accidat ei poſt conſecrationem corporis,

ris,& ante conſecrationem ſanguinis,non debet cõſecrare ſanguinem, ſed tantummodo conſecret Hoſtiam,& ſuppleatur ab alio Sacerdote,& perficiat ſacrificium in vtraque ſpecie,verùm vbi id accidat poſt conſecrationem vtriuſque ſpeciei, & maximè ſi hæc infirmitas eueniet celebrãti circa tempus,quo ſumere habet, & timet rationabiliter, & certo moraliter nauſeã, & vomitum ſi ſumat,tunc ſi non adſit alius Sacerdos, non debet ſumere ſanguinem, ſed ſolummodo Hoſtiam conſecratam, & conſeruet ſanguinem ad proximam diem,in qua ipſe, vel alius celebrans poſt ſumptas ſpecies ab eo conſecratas, ſumat, Ioan. de Lap.c.7.art.5.dub.3.

Abſtemius autẽ naturaliter, qui abhorret vinum etiam tenuis quantitatis, & qualitatis, non debet ordinari,& ordinatus non debet celebrare.

2 Et qui non appoſuerit vinum in Calice, ſiue ex ignorantia,ſiue ex obliuione, vel quauis cauſa vbi aduertit,ſtatim debet apponere, aut ante conſecrationẽ, aut poſt id percipiat,& illud debet conſecrare, & incipere à *Simili modo*, D.Tho.3.p.q.83.art. 6.ad quartũ,Tabien.verb.Miſſa, §.34. Et ſi aduertit ante conſecrationem nõ miſcuiſſe aquam, debet ſtatim commiſcere, ſecus ſi id aduertit poſt conſecrationem.

Si verò aduerteret celebrans poſt conſecrationem Calicis nõ eſſe vinum,ſed loco ipſius alium liquorem,vel aquam,ſi hoc percipiat,antequam ſumat corpus, debet illum liquorẽ modo, quo poteſt ſecretiori,ne populo ſcandalum oboriatur, de Calice eijcere, & apponere vinum cum aqua,iuxta ritum Miſſæ, & conſecrare illud,incipiendo à *Simili modo*, D.Tho.loc.cit.

Sed ſi percipiat poſt ſumptionem corporis,tunc debet ſumere aliam Hoſtiam non conſecratam,& vinum,& conſecrare Hoſtiam,& vinum,apponenda etiã aqua more ſolito, & incipere à verbis, *Qui pridie*,& idem eſſet faciendum poſt ſumptionẽ aquę poſitæ in Calice per errorem, D.Tho.loc. cit. Summ.Confeſs. lib.3.tit.24.q.93.Victo.nu.100, & Alij.Scot.tenuit non eſſe conſecrandam aliam Hoſtiam, ſed tantummodo vinum,4.ſent.d.8. cui adhęret Nauarr.c.25.nu.91. & Ang.verb.Miſſa,§.26. Sed eſt melior ſententia Doctoris Angelici.

Sed in ſumptione aquæ per errorem in Calice poſitæ, ſi Sacerdos poteſt ſine ſcandalo, debet expuere illam in Calice, & extrahere inde particulam conſecratam, aquam verò reponere in aliquo vaſe, & conſecrare de nouo Hoſtiam, & vinum, & in ſumptione ſanguinis ſumere etiam illam particulam ab aqua

extractam in Calice priùs poſitam, aquam verò illam ſi nō poteſt ſumere ſine nauſea, in ſacrarium mittat, D.Tho. vbi ſupra, Tabien. verb. Miſſa §.34.

3 Cùm verò acciderit, vt in Calice poſitum ſit uinum corruptum (quod poterit percipi ex odore, ſapore, uel colore) ita ut non ſit conſecrabile, ſi id euenit ante conſecrationem, debet apponi aliud uinum aptum, eiecto illo primo, ſin haberi non poterit, potiùs Miſſa dimittatur, ſi uerò percipiatur poſt conſecrationem panis, debet celebrans ſequi Miſſam, & ſumere tantum Hoſtiam conſecratam, & nō uinum corruptum, ut ſupra, ubi aptum haberi non poſſit, & id intellige, quando vinum omnino eſt corruptum, ut non ſit conſecrabile, quia ſi eſt in uia ad corruptionem, ſed cōſecrabile, poterit conſecrari, ſi aptiùs haberi non poteſt, etiam ſi ante conſecrationem id percipiatur.

Quæſitum XC.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdos celebrans, quid agere debeat, ſi vinum fuerit congelatum in Calice.*

Quid agendum, ſi vinum eſt congelatum in Calice?

1 Dic, quòd debet, uel per pannorum calefactorum applicationem, uel per manuum calefactarum circa Calicis coppam appoſitionem, uel aliquo quouis modo calida applicatione circa Calicem liquefieri, immò poterit etiam apponi uinū calidum, ſed in parua quantitate.

Sin minus id fieri poſſet, deberet ſumi ſic congelatum, quia per congelationem non amittit naturam uini, ſed ſi congelatio fiat poſt conſecrationē, poſſunt adhiberi prædicti modi, ſed non poteſt apponi vinum calidum, ſed petenda eſſet reſolutio, & liquefactio, vt ſupra.

Quæſitum XCI.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdos celebrās quid agere debeat, ſi venenoſum animal inueniatur in vino poſito in Calice.*

2 *Item ſi aduerterit eſſe venenum in eo.*

Quid agendum, ſi venenoſum animal inueniatur in vino poſito in Calice?

1 Dic, ſi id percipiatur ante conſecrationem, debet vinum effundi, & Calice bene abluto apponi aliud vinum, ſin poſt conſecrationem, debet celebrās illum ſanguinē infundere in alio Calice, vel vaſe, & acceptū aliud vinum,

vinum, illud conſecrare, & ſumere, & procedere ad finem Miſſæ. Animal verò combnri, & cineres in ſacrarium reponi. Et ſi id acciderit poſt ſumptionem corporis, debet accipere aliam hoſtiã, & aliud vinum, & conſecrare, & ſequi Miſſam, vt ſupra.

Illud verò vinum, in quo erat animal venenoſum, nullo modo nec ipſe Sacerdos ſumere, nec alteri ſumendum tradere debet, ſed ita conſeruare quouſque naturaliter conſumentur ſpecies, vel mutentur, D.Th. 3.p.q.83. art.6.ad tertium, D.Anton.3.p. tit.13.c.6.§.3. Io.de Lapide c.7. art.3.dub.7.

2 Idem dic, ſi celebrans aduerterit eſſe venenũ in Calice, ſiue ante conſecrationem, ſiue póſt. Et ſi Sacerdos in ſumptione ſanguinis deprehenderit ſe in illius ſumptione eſſe venenatũ, debet ſibi procurare vomitũ, maximè ſi accedat conſilium Medici, ſed in aliquo vaſe mundo, & cũ apparerent aliquæ ſpecies ſacramentales, eſſent recolligẽdæ, & in tabernaculo conſeruandæ, reliquæ uerò materiæ eſſent cõburendę, & cineres in ſacrariũ reponẽdæ, D.Th.loc.cit. Io.de Lap.loc.cit.

Quæſitum XCII.

SVMMARIVM.

1 *Sacerdos celebrãs quid agere debeat, ſi oblitus eſt apponere aquam in Calice.*

2 *Aqua vllo modo eſt apponenda poſt conſecrationem, & redditur ratio.*

3 *Celebrans non poteſt emendare defectus hoſtiæ, vel vini poſt datam benedictionem, quia eſſet Miſſam iterum celebrare.*

4 *Enumerantur pœnæ omnes ſacrorum Canonum impoſitæ celebrãti pro defectibus in Miſſa, vltra peccatum.*

Quid agendum, ſi celebrans oblitus eſt apponere aquam in Calice?

1 DIc, quod ſi recordetur ante conſecrationem tàm Hoſtiæ, quàm Calicis, debet apponere aquam, & ſimiliter ſi recordetur ante conſecrationem ſanguinis, & poſt conſecrationem corporis, debet etiam apponere aquam, & conſecrare, & ſequi Miſſam, ſi uerò recordetur poſt cõſecrationẽm utriuſque, debet omiſſa aqua procedere, quia aqua non eſt de eſſentia Sacramenti, ſed peccaret mortaliter ſi ex malitia omiſit celebrans, quia fecit contra præceptum Eccleſiæ, uel etiam grauiſſimè uenialiter, ſi ex quadam craſſa ignorantia, & negligentia.

2 Et notandum ultra ea, quæ ſuperius in hoc propoſito dicta ſunt, quòd aqua nullo modo eſt apponenda poſt conſecrationẽ, quia corrũperentur ſpecies conſecratæ, & ſequeretur, ut pro

ſupplendo uno defectu minimo, ſequeretur maximus. Græci apponunt aquam calidam, & interroganti mihi in Viſitatione Caſalis Græcorum huius Diœceſis, neſciuit reſpondere Græcus Sacerdos, qui celebrauit, crederem ego, calorem illius aquæ ſignificare populos, qui per Fidem cum charitate Chriſto vniuntur.

Aduertendum uerò eſt generaliter, remedia ſupplendi defectus in Miſsa occurrentes, nullo modo adhibēda eſse poſt datam benedictionem populo, ut ſi v.g. vellet celebrans poſt benedictionem reparare defectus hoſtiæ, uel vini, nō eſſet emendare defectus, ſed eſset Miſsam iterum celebrare, & ideo eo caſu celebrans pœnitētiam agat, & finiat Miſsam, quæ iam benedictione terminata eſt.

Sed defectus erunt emendandi ante benedictionem, aliàs peccaret mortaliter celebrans, niſi excuſaretur impoſſibilitate, uel aliquo inopinato caſu, uel ignorantia inuincibili, nā uincibili ignorantia non excuſatur, Adrian. 4. de ſacr. Euch. col. 23. Nauarr. c. 25. nu. 91.

4 Non erit ab re hic inſerere pœnas ſacrorum Canonum impoſitas celebranti pro defectibus in Miſſa, vltra peccatum, vt infra.

Sacerdos, cuius negligentia de ſanguine effluxit ſuper Altare, non interpoſita Palla, debet pœnitere tribus diebus.

Si de ſanguine ſtillauerit ſuper prima tobalea, & penetrauit ad ſecundam, debet pœnitere quatuor diebus.

Si ad tertiam, nouem diebus, ſi ad quartam, viginti diebus.

Si vſque ad terram, vel in ſcabellum, ſeu bradellam, quadraginta diebus, D. Tho. 3. p. q. 83. art. 6. ad ſeptimum, D. Ant. 3. p. tit. 12. c. 6. §. 2. Angel. ver. Miſſa §. 19.

Si per ebrietatem, vel voracitatem quis euomerit Euchariſtiam, ſi eſt laicus pœniteat quadraginta diebus, ſi Clericus, vel Monachus ſeptuaginta, ſi Epiſcopus nonaginta.

Si per infirmitatem, quia non debuit ſumere, & exponere ſe periculo, pœniteat ſeptem diebus ad cautelam, D. Th. & D. Anton. loc. citat.

Sacerdos, cuius negligentia Mus, vel aliud animal comederit ſpecies conſecratas, debet pœnitere quadraginta diebus; D. Th. loc. cit. & D. Antonin. 3. p. tit. 13. c. 6. §. 3. Tabien. ver. Miſſa num. 40. Et ſi eius culpa amiſſa fuerit Hoſtia, vel pars eius, debet pœnitere triginta diebus, D. Th. & D. Anton. loc. cit.

Sed hoc intellige, niſi fuerit miraculosè factum, vt accidit Diuæ Catharinæ Senenſi Aduocatæ meæ, referente D. Anton. loc. cit.

Si Sacerdos claues Cuſtodiæ dimittat in Cuſtodia, vel Cuſtodia aperta remaneat eius culpa, etiam ſi nihil mali accidat, debet per tres menſes ſuſpendi ab officio, vt cautior ſit in poſterū: ſi verò aliquod ſiniſtrum acciderit Sanctiſſimo Sacramento, grauiori pœna puniendum eſſe docet Hoſtien. de Cuſtodia Eucha, cap. 1. D. Antonin. loc. citat. Et ſi negligentia Sacerdotis particulæ conſecratæ putreſcunt; debet pœnitere triginta diebus, D. Thomas, & Tabien. locis citatis.

Quæ pœnæ ſacrorum Canonum ſunt taxatæ ad cautelam, vt negligentia caueatur in miniſterio tanti Sacramenti. Sed ſciant negligentes poſſe imponi, & alias pœnas arbitrio Ordinarij, qui poteſt minuere, & augere, conſideratis perſonis, & defectibus, D. Thom. 4. ſent. d. 13. in expoſit. literæ, D. Anton. loc. citat. Tabien. verb. Miſſa §. 40. Et per pœnitere, intelligatur, vel quod debet ieiunare tot dies, prout ieiunatur, vel aliter pœnitere, prout videbitur Superiori pœnitentias imponenti.

SVMMARIVM.

1 *Enumerantur omnes ſignificatus in Miſſa per totum.*

De ſignificatis in Miſſa, ex Enchyrid. Religioſiſſimi P. Fr. Gregorij, Ordinis Capuccinorum.

PRimo, Miſſa ſignificat Paſſionem Domini noſtri Ieſu Chriſti.

Secūdo, Sacerdos indutus pro Miſſa celebrāda, ſignificat Chriſtum in paſſione,

Tertio, Amictus ſignificat Coronam ſpineam, uel velum, quo fuit eius facies uelata,

Quarto, Alba ſignificat veſtē albam, qua Chriſtus fuit indutus in domo Herodis.

Quinto, Cingulum, ſignificat funem, qua Chriſtus fuit ligatus in Horto,

Sexto, Manipulus ſignificat funem, qua fuit tractus ad crucifigendum.

Septimo, Stola ſignificat funē, qua fuit ligatus ad Columnam.

Octauo, Altare ſignificat Montem Caluarium, in quo fuit crucifixus,

Nono, candelæ accenſæ ſignificant lumen cognitionis ſacræ Scripturæ in cordibus noſtris.

Decimo, Clericus inſeruiens ſignificat Ioannem Baptiſtam Præcurſorem Domini.

Vndecimo, Miſſale ſignificat ſacram Scripturam plenam myſterijs veri Meſſiæ.

Duodecimo, ſignacula ſignificant myſteria clauſa in ipſa

ſacra Scriptura.

Decimotertio, aperitio Miſſalis in Altari, ſignificat aperitionem ſenſus ſacræ Scripturæ Apoſtolis, & per eos nobis. Et cum in fine Miſſæ Miſſale clauditur, ſignificat, quod in fine Mundi omnes Prophetiæ, & myſteria complebuntur.

Decimoquarto, Aufer à nobis, ſignificat orationem Chriſti ſecretò in Horto.

Decimoquinto, deoſculatio Altaris ſignificat pacem, quam Chriſtus poſuit inter Patrem, & genus humanum.

Decimoſexto, quando recipitur turribulum in Miſſis ſolemnibus, per turribulum ſignificatur cor hominis, & per ignē feruor deuotionis, & per incenſum, orationes, quæ per Angelum ad Deum transferuntur.

Pro intelligentia aliorum ſignificatorum, nè videar trāſcribere, remitto Lectorem ad prænarratum libellum, pluſquam prima facie videtur, vtilem.

Vel dic ſecundum Riccard. quod Introitus ſignificat deſiderium Sanctorum Patrum de aduentu Domini, & ideo in Miſſa ſolemni non debet introire Sacerdos ad Altare, niſi prius incœpit à Choro, Introitu Miſſæ, & ratio eſt, quia Chriſtus fuit priùs deſideratus, quàm venit, & quia hic Aduentus fuit ex miſericordia, & ideo ſequitur Kyrie eleiſon, ideſt Domine miſerere, quod repetitur nouies, ad ſignificandum, quod mediante miſericordia Dei ſperamus introire nouem Choros Angelorum, ſequitur Gloria in Excelſis, & ſignificat hymnum Angeli in Natiuitate Domini. Oratio ſignificat orationē Domini pro ſalute electorum. Duo cornua Altaris ſignificant duos populos, nempe Iudaicum, & Gentilem, & quia Chriſtus priùs venit ad populū Iudaicum, ideo Sacerdos incipit a dextro cornu, poſtea dicitur Euangelium ad ſiniſtrum, quia Angelica veritas tranſit ad populum Gentilem, & in fine redit ad dextrum, quia in fine Mundi ſaluabitur Iuda, & conuertetur ad Dominum Ieſum Chriſtum. Epiſtola ſignificat prædicationē Ioannis, vel legem Moyſis. Graduale ſignificat lamentationem Ioannis prædicantis pœnitentiam.

Quæſitum XCIII.

SVMMARIVM.

1 *Miſſa in quot partes diuidatur.*

Quot ſunt partes Miſſæ?

1 DIc eſſe tres, nempe primam ab Introitu vſque ad Canonem, & ſignificat aduentum Domini, & vitam, vſque ad Paſſionē. Secundam à Canone vſque

ad

ad Communionem, & ſignificat Paſſionem Domini. Tertiam à Communione vſque ad benedictionem, & ſignificat Chriſti ſepulturam,& Reſurrectionem, Benedictio verò ſignificat Aſcenſionem Domini.

Vel dic diuidi in quatuor partes, ſcilicet in obſecrationes, orationes,poſtulationes, & gratiarum actiones. Obſecrationes incipiunt ab Introitu, vſque ad Canonem.Orationes à Canone, vſque ad orationem Dominicalem. Poſtulationes ab oratione Dominicali, vſque ad Communionem, & gratiarum actiones vſque ad finem Miſſæ.

Vel dic eſſe tres partes, nempe Oblationem, Conſecrationem, & Sumptionem, & oblatio propriè incipit ab illis verbis, *De tuis donatis,ac datis*. licet Alij dicant incipere ab *Quod offeruntur ſacrificand.*

Gloria in Excelſis,non dicitur in Aduentu,quia illud tempus ſignificat ſtatum Sanctorum Patrũm, qui ſtabant in ſpe, & tunc non erat pax annunciata,vt fuit in Natali Domini,nec dicitur in Septuageſima, quia eo tempore Eccleſia recordatur de lapſu noſtrorum primorum parentum. Symbolum Nycenum non cantatur in Miſſis Martyrum, quia Martyres ipſi facto, quàm voce Fidem confeſſi ſunt.

Quæſitum XCIV.

SVMMARIVM.

1 *Fideles tenētur audire Miſſam in diebus Dominicis,& feſtis de præcepto. Amplia nu.2.*

3 *Datur modus audiendi Miſſam, & ſatisfaciendi præcepto.*

An Fideles teneantur audire Miſſam?

1 DIc, quòd ſic, & hoc in diebus Dominicis,& feſtis de præcepto, ex cõſtitutione Eccleſiæ fundata in tertio præcepto Decalogi,& dimittẽs audire,niſi vt infra excuſaretur, peccaret mortaliter,cap.Miſſas de conſe. d.1. & c. vt Dominicis de Parochijs,& ibi Abb.& c.Apoſt.omnes fideles,17.q.1.Sot.4 d.13.q.1. art.1.
2 Itaque omnes fideles, ſiue maſculus,ſiue femina,ſiue laicus, ſiue clericus,ſiue monachus, niſi ipſi celebrauerint, c.omnes,& c. Miſſ. de conſecr.d.1. siue ſenes, ſi poſſunt ire,ſiue pueri, ſi peruenerint ad annos diſcretionis, tenentur audire, ſiue videre Miſſam. Nam videre, & audire in hoc propoſito,Nauar.c.20.nu.1. Et non audientes peccant mortaliter, niſi excuſentur, Caiet. verb.feſt.viol.Silu.verb.Miſſa 2. §.1.Tabien.§ 46.

3 Et audire, ſeu videre Miſſam pro adimplemento præcepti eſt adeſſe

adeſſe corpore, vbi Miſſa celebratur, & mente attendere, animo vacandi Deo, ita, vt audiens Miſſam voluntariè non diſtrahatur per notabile tempus ad diuerſa. Hinc ſequitur ſatisfacere præcepto, qui audiẽs Miſſam eleuatur mente ad meditãdum myſteria Paſſionis Chriſti, aut Sanctorum, aut gloriæ Paradiſi, vel ſi in alijs pijs meditationibus occuparetur, quia cogitauit ea, quę ſunt conformia auditioni Miſſę, nempè reſpicientia diuinum cultum, & honorem, & non vagatus eſt circa diuerſa, vt profana negotia, & ſimilia. P, M. de audit, Miſſ. ad 4. q.

Sed tamen vagari mẽte ad diuerſa per aliquod paruum temporis ſpatium, vt dũ legitur Epiſtola, vel Euangelium, adhuc dicitur ſatisfieri præcepto, quia, vt ex Ariſt. in Metaph. modicum, & nihil æquiparantur, Caiet. verb. feſtos dies.

Et ſciatur, quòd adhuc dicetur ſatisfacere præcepto, qui intereſt Miſsæ mente, & corpore, vt dictũ eſt, ſed non percipit ſenſum verborum, immò nec audit verba, nec cæremonias videt, nec eleuationem Hoſtiæ, quia de lõginquo eſt. Immò, ſi nec videt ipſum Sacerdotem, nam ob multitudinem introire in Eccleſiam non potuit, ſed ante forem exiſtit, attentè tamen, & ratio eſt, quia, vt dictũ eſt, audire Miſſam, ſeu videre (nam idem eſt) conſiſtit in his duobus, ſcilicet adeſſe corpore, & mente celebrationi, & non voluntariè diuagari, & ſic non eſt neceſſe, vt percipiãtur verba, vel ſenſus ipſorum, aut cęremoniæ, aut eleuatio, & alias, vt ſupra, licèt bene ſit, vt quis ad prædicta attentus ſit, dummodò non impediatur, Nauarr. c. 21. nu. 6. Sot. in 4 diſt. 13. q. 3. art. 4. Sed qui malitiosè non attẽderet antedictis, nec diceretur adeſſe Miſſæ celebrationi, & per conſequens, nec ſatisfaceret.

Quæſitum XCV.

SVMMARIVM.

1 *Fidelis, an ſatisfaciet præcepto de audienda Miſſa, ſi ex propoſito ſe cõfert ad Eccleſiam, vbi eius Amaſia audire ſolet Miſſam, & cum ea audit, & adducuntur diuerſæ opiniones.*

2 *Mulier patiens menſtrua, credẽs peccare, ſi vadit in Eccleſiam ad audiendum Miſſam, quid agere debeat.*

An ſatisfaciet pręcepto de audienda Miſſa, qui ex propoſito ſe confert ad Eccleſiam, vbi eius Amaſia audire ſolet Miſſam, & cum ea audit?

1 DIc, quòd non, ex ſententia D. Anton. 2. p. tit. 9. c. 11. §. 1.

§. 1. quod de larat Nauarr. procedere in eo qui reſpiceret illam mulierem ad concupiſcentiam, nam (inquit ipſe) peccaret mortaliter mente, & corde ſuo, vel ſi mente diuagaretur in mulieris contemplatione per notabilem Miſſæ partẽ, quia ceſſaret ab auditione Miſſæ, alias D. Anton. non procedere. Sed parcat mihi Nauar. nam D. Antonini ſententia intelligenda eſt de eo, qui data opera ad contemplandã Amaſiam, illuc ſe contulit, & propterea voluntariè mente vagatur, ſecus ſi colligeret mentem per maiorem partem Miſſæ, & mutato propoſito in meliùs vagatio aliquam partẽ abſorbuiſſet minorem, & minùs notabilem, reſpiciendo vanè mulierem, quia licèt tunc peccaſſet mortaliter, tamen audiẽdo poſtea reliquum Miſſæ, vt decet, ſatisfaceret præcepto.

Et hic nota pulchrum caſum, quod mulier patiens menſtrua, & credẽs peccare ſi vadit in Eccleſiam ad audiendum Miſſam, formans conſcientiam, quod ſi vadit peccat, & ſi non vadit etiã peccat, non debet ire, quia eſt maius peccare contra talem cõſcientiam, quam de non audiendo, vel debet deponere conſcientiam, P. Hieronymus Pecorarius Societ. Ieſu doctiſſimus.

Quæſitum XCVI.

SVMMARIVM.

1 *Surdus, cæcus, vel mutus tenentur de præcepto audire Miſſam, aliàs peccant mortaliter. Intellige vt infra.*

An tenetur ſurdus, vel cæcus, vel mutus audire Miſſam?

1 Dic, quòd tenẽtur huiuſmodi, alias peccant mortaliter, intellige in diebus feſtiuis, licèt non valeant, nec videre Sacerdotem, aut eleuationem Sacramẽti, nec audire verba, quia, vt dictum eſt, auditio Miſſæ pro ſatisfaciendo præcepto conſiſtit in illis duobus, ſcilicet adeſſe corpore, & mente, & non in viſu, vel auditu.

Quæſitum XCVII.

SVMMARIVM.

1 *Fidelis, qui in die feſto de præcepto audit Miſſam, an ſatisfaciat, ſi eam audit de feria, vel de requie, vel aliam non correſpondentem officio diei.*

2 *Qui poteſt audire Miſſam de feſto currenti, & audit de requie, peccat mortaliter, licet ſatisfaciat præcepto.*

An

An ſatisfaciat præcepto, qui in die feſto de præcepto audit Miſſam de feria, vel de requie, vel aliam Miſſam non correſpondentem officio diei?

1 Dic, quod ſatisfacit, quia qualitas Miſſæ non eſt ſub præcepto. Itaque ſatisfacere etiã ſi in die Natiuitatis, vel Reſurrectionis Domini quis audiret Miſſam de requie, ſi diceretur, & hoc de rigore, Nauarr. c. 21. nu. 2. Tabien. verb. Miſſa nu. 49. Sot. 4. diſt. 13. q. 2. art. 1. & eſt cõmunis opinio. Licèt Abbas videatur ſentire cõtrarium in c. 1. de vita, & honeſt. cler. nu. 2. & videatur etiam obſtare textus in c. 2. de celeb. Miſſ. quia ibi loquitur de celebrante, quòd debeat celebrare Miſsam conformẽ officio, aliàs peccat venialiter, ſed audiens ſatisfaciet audiendo quãlibet Miſſam.

2 Nota tamen, quòd qui poſset audire Miſsam de feſto currenti, & potiùs audiret de requie, peccaret mortaliter, licèt ſatisfaceret præcepto, ita habetur in textu ſupra allegato c. 2. de celebr. Miſſ. & hoc ob malitiam, quam quis adhiberet in tam pio, & myſterioſo opere.

Quæſitum XCVIII.

SVMMARIVM.

1 *Miſſa debet audiri integra, vel maior pars, & quomodo ſit audienda, declaratur.*

An præceptum ſit de audiendo Miſſam integram, vel ſufficiat, ſi maior pars audiatur?

1 Dic præceptum eſse regulariter, vt integra Miſsa audiatur, c. Miſsas, de conſe. d. 1. Sed intellige ciuili, & morali modo, non more mathematico, & ſic concludimus, quòd ſufficit etiam audire maiorem partem Miſsæ, & non omittere partem notabilem, vnde qui omitteret Introitum vſque ad Epiſtolam, non diceretur omittere notabilẽ partem, ſed si omitteret initium Miſsæ, vſque ad Euangelium incluſiuè, diceretur omittere notabilem partem, & conſequenter peccare mortaliter, & non ſatiſfacere.

1 Sic si quis adeſset Miſsæ ab initio vſque ad eleuationem Sacramenti, & poſtea diſcederet, omitteret notabilem partem, & præcepto non ſatisfaceret. Sed si adeſset vſque ad Communionem Sacerdotis incluſiuè, & deinde diſcederet, ſatisfaceret.

Si verò omitteret ab initio vſq; ad Euangelium excluſiuè, & deinde

deinde cætera audiret,& poſtea omitteret à Benedictione vſque ad finem Miſſę,hic omittens has duas partes, videtur omittere partē notabilem in illis duabus partibus iunctis, & ſic non ſatiſfacere præcepto, P.M. de auditione Miſſ. ad 6.quæſt.

Quæſitum XCIX.

SVMMARIVM.

1 *Audiens mediā Miſſam in vna Eccleſia,et mediam in altera, vel in eadem,ſecluſa malitia, an ſatisfaciet præcepto, adducuntur diuerſæ opiniones.*

2 *Sacerdos poſt incœptam Miſſam ad cuiuſuis aduentum, etiam magni Principis non debet reincipere illam.*

An ſatisfaceret præcepto, ſi quis audiret mediam Miſſam in vna Eccleſia, & mediam in altera,vel in eadem Eccleſia, ſecluſa malitia?

1 DIc,quod ſic, Maior.4.ſent. d.45.q.2. Nau.c.21.nu.2. Sil.ver.Miſsa 2. Sot.4.d.13.q.2. art.1.P.M.de audit.Miſſ.ad 6.q. Et idem dic de eo, qui partem Miſſæ,quam omiſit,per ſe legit, vel legi ab alio ſibi facit,Nauar. loc.cit. & Pater Marius loc.cit. Sed hoc intellige, vt recto ordine audiat,& nō inuerſo, & ratio eſt, quia audientes dicuntur & offerre,& debent ritui offerentis Sacerdotis ſe conformare,& qui mediā Miſſam in vna Eccleſia, ideſt vltimam partem,& deinde initium in altera, non ſe conformaret celebranti,& ideo non ſatisfaceret, ſalua doctiori ſententia.

Sed in Eccleſia vbi eſt niſi vnica Miſſa, & quis adueniret poſt Euangelium, & reliquum Miſſæ audiret,hic ex Eccleſiæ benignitate dicitur ſatisfacere, dummodo de per ſe legat, vel ſibi legi faciat illam partem, quam omiſit.

2 Et hic mente tenendum eſt à Sacerdotibus, poſt incęptā Miſſam, ad cuiuſuis aduentum etiā magni Principis,reincipi nō debere, namque in illo actu fungitur vices Dei, vnde maximus omnium eſt, de qua re dicebat D.Auguſt.de dignitate Sacerdotis, ſolo Deo eſt inferior Sacerdos, & in hiſtorijs B. Franciſci Seraphici habetur ſe, ſi Angelo ſimul, & Sacerdoti obuius fieret, priùs Sacerdoti, & deinde Angelo aſſurrecturum;& in quodam Cōcilio Aphricano memini,ſtatutum fuiſſe, vbi Sacerdos ſederit, non poſſe propè laicos ſedere, & equitantes laicos, deſcendere ex equo obuij facti Sacerdotibus, quæ omnia Sacerdotis dignitatem arguūt. Et hęc obiter dicta ſint, cum alibi fuſiùs,Deo dante,res iſta maxima tractabitur.

Quæ-

Quæſitum C.

SVMMARIVM.

1 *Audiens Miſſam extra propriã Parochiam, an ſatisfaciat præcepto, & nu. 2. 3.*

4 *Epiſcopus, vel alius Superior nõ poteſt, etiam per cenſuras cogere populum, vt in propria Parochia audiat Miſſam, & in hoc excõmunicatio eſt nulla.*

5 *Eccleſiæ Mendicantium habent priuilegiũ, vt qui in eis Miſſam audiunt, ſatisfaciant præcepto de audienda Miſſa.*

6 *Conc. Trid. ſeſſ. 22. de obſeru. & euitan. in Miſſa, cap. quanta, declaratur.*

An audiens Miſſam extra propriam Parochiam dicatur ſatisfacere, & an teneatur quis audire in propria Parochia?

1 Videtur dicendum, quod non ſatisfacit, qui audit extra Parochiam, & quod tenetur audire in propria Parochia, per textum extra de Parochijs, vbi habentur hæc verba. Si quis cõtempto proprio Sacerdote, Miſſam in alia Eccleſia audiat, debet expelli, & remitti ad Eccleſiam propriam. Tu tamen dic, quòd regulariter Miſſa debet audiri in Parochia propria, quia ibi publicantur matrimonia, & excõmunicationes, & dies feſti populo, vel in Eccleſia Epiſcopali, aut Matrici, quæ mater, ſed cum per conſuetudinem firmatum ſit, vt audiatur in omni Eccleſia, ſeu Sacello, dic, quòd qui audit etiam extram Parochiam ſatisfacit, niſi hoc fiat ob contemptum proprij Parochi, quia tunc haberet locum textus allegatus. Vide Nauar. c. 21. nu. 5. Silu. verb. Miſſ. 2. §. 1.

2 Excuſaretur à diſpoſitione præallegati textus, qui contemptu proprij Parochi, audiret in alia Eccleſia, quia ille eſt publicus concubinarius, vel alias ſcãdaloſus, & ſibi timet ſcandalum, ſi ab illo audit Miſſam in propria Parochia.

3 Excuſatur etiam, ſi in aliena Parochia ſimul audit Miſſam, & concionem, vel vtiliorem concionem, & deuotionem, modo ſine cõtemptu proprij Parochi, D. Anton. 2. p. tit. 9. c. 10. §. 1. Nauarr. c. 21. §. 5. Angel. Miſſ. §. 59. & Alij.

4 Vbi notandum, non poſſe Epiſcopum, vel alium Superiorem, etiam per cenſuras cogere populum, vt in propria Parochia Miſſam audiat, & hoc ſtante generali conſuetudine audiẽdi vbique locorum, poterit tamen admonere, & exhortari, ſed ſi id prçciperet ſub pœna excommunicationis, excommunicatio eſſet nulla, & malè faceret Epiſcopus, ſed eſſet ei obediendũ, ſecũdum D. Ant. 2. p. tit. 9. c. 10. §. 31.

Sed

Sed non eſſe ei in hoc obediẽdum, & excommunicationẽ eſſe nullam, in hoc caſu, tenet Nau. c.21.nu.5.Silu. ver.Miſſa 2.§.5. & hæc eſt communior opinio.

5 Hic ſciatur, Eccleſias Mendicantium habere Priuilegium à fæl. record. Leone X. Iulij III. Pio V.& alijs, vt qui in eis Miſſam audiãt, pręcepto de audiẽda Miſſa in die feſtiuo ſatisfeciſſe cenſeantur, Nauarr.loc.cit.

6 Erunt itaque exhortandi, & monendi populi, vt Miſsas in propria Parochia audiãt in diebus feſtiuis, ex Conc.Trid.ſeſs. 22. de obſeru.& euitan. in Miſſa.c.quanta, & licèt in fine illius capituli dicatur, quod ſub pœnis, & cenſuris compellere debet Epiſcopus ad obſeruanda in eo diſpoſita, id intelligitur, quò ad præcedentia in illo capitulo, in quibus Concilium locutũ eſt præcipiendò, non monendò, vt bene inſpicienti clarum eſse poterit, P. Marius de auditione Miſsæ ad 7.quæſt. quia Concil. per verba admonitionis, dum dicit, moneantur, non autẽ præcepti, vt videre in eo eſt. Aliqui dicunt Rectorem Eccleſiæ poſſe, & debere expellere alienum Parochianum tempore Miſſæ, & ſi non vult exire, etiam poſſe per alterum expellere, etiã per manuum iniectionem, & ſi ſit Clericus, eũ non incurri excõmunicationem, nec ille qui iniecit, nec qui præcipit, Inn.in c.vt Dominicis, & ibi Abbas de Parochijs, ſecus eſt de conſuetndine. Qui turbat diuina poteſt impunè expelli, ſine metu excommunicationis, etiam ſi ſit Clericus, cap. veniens de ſent.excomm.

Quæſitum CI.

SVMMARIVM.

1 *Licet audire Miſſam à quocunque Sacerdote miniſtrante, et ſatisfacit pracepto audiendi Miſſam.*

An liceat audire Miſsã à quolibet Sacerdote, ita vt cenſeatur ſatisfactum præcepto?

1 Dic, quòd licet audire Miſſam à quocũque Sacerdote miniſtrante, etiam ſceleſtiſſimo, exceptis excipiendis infra, quia peſſima vita Sacerdotis nõ tollit ſanctitatem à ſanctis rebus, licet ipſe peccet mortaliter, c.ſciſcitantibus, 15.q. vltima, & c.veſtra de cohabi.Cleric. & mulierum, nam ex opere operato idem erit ſacrificium mali, atque boni Miniſtri, c.infra Catholicam, 1.q.1. Sed ex opere operantis, iuxta Miniſtri innocẽtiam, & amicitiam, quam habet cum Deo, elargitur Deus, aut plures, aut pauciores gratias celebrare faciẽti, & hoc intellige cum diſtinctione, iuxta ſuperiùs reſponſa.

Quæ-

Quæſitum CII.

SVMMARIVM.

1 *Audiens Miſſam à concubinario publico,notorio,& denunciato,peccat mortaliter,& nõ ſatisfacit præcepto de audienda Miſſa, & adducitur declaratio Concil. Mantuani ſub Papa Alexandro celebrati. Amplia nu.2.3.4.5.6.*

An liceat audire Miſſam à Sacerdote concubinario publico?

1 DIc,quòd audiens Miſſam à cõcubinario publico, notorio, & denunciato, peccat mor.niſi ignorãtia excuſaretur, D.Tho.4.ſent.d.13.q.1.art.3.& in 3.p.q.82.art.9. ad tertium, D.Anton. 2.p.tit.9. c.10.§.1. Nauarr.c.25. nu.79. Silu.verb. Miſſa 2.§.3. & Alij. Et quod dictũ eſt excuſari à peccato audientes Miſſam à concubinario, ex ignorantia legis id prohibentis,intellige,ſi quis neſcierit, & non tenebatur ſcire, vt exponũt DD.ſupra citati, & ita fuit decretum in Concil.Mantuan.ſub Papa Alexandro per hæc verba, *Nullus audiat Miſſam Præsbyteris cõcubinarij,qui publicè tenet concubinam, aut ſuperintroductam mulierem*, 32. diſt. c.propter hoc.

2 Nec itidem Diaconi,aut Subdiaconi exerceant, & habeant portionem in eum, qui tenet concubinam.

Sed qui audiũt Miſſam à Sacerdote concubinario, non tamen notorio, ſeu denunciato, adhuc peccant, ſi ſunt cauſa, vt ille celebret, quia ſunt cauſa, vt ille peccet, qui alias non erat paratus ad celebrandum, & intellige id, ſi ſine cauſa audiunt Miſſam talis Sacerdotis, Nauarr.c.25. nu.78. D.Tho. 2.p.q.82.art.9. & ratio eſt, quia inducunt illum ad peccandum mortaliter,quod eſt pecc. mor. & amplia id procedere, tã ſi inducitur publicus concubinarius, quàm ſi ſecretus ad celebrandum,ſed non peccatur audiendo Miſſam Sacerdotis concubinarij, iam parati ad celebrandum, quia non induceretur ad peccandum, cum ex ſe iam paratus erat.

3 Hic notandum, & mente tenendum, non eſſe audiendã Miſſam publici concubinarij denũciati, vrgente quacunque neceſſitate,etiam ſi in aliquo Oppido omnes Sacerdotes eſſent tales, quia dato hoc caſu (quod abſit) ciues Oppidi excuſarẽtur ab auditione Miſſæ,ſi alia nõ eſſet audiendi commoditas,& idem dicendum de audiente Miſsam à fornicario publico, notorio,denunciato, quod ſcilicet audientes peccarẽt mortaliter,Nauar. c.25.nu.77. Silu. verb. concubinarius,nu.1.Excuſarẽtur tamen

à pec-

à peccato, qui neſcirent hanc legem, nec ſcire tenerentur, Nauarr. c. 25. nu. 79. & 80.

Nota hic diſpoſitionem Concil. priuantem cõcubinario tertiam partem fructuum extendi etiam ad diſtributiones quotidianas, & ita fuiſse deciſum teſtatur Sayr. de verb. ſign. dec. 7. Nota etiam ſupradictum Concil. habere locum etiam in ſimplici incontinentia, Sayr. in deciſ. 4. de adulterijs.

4 Non tamen eſt prohibitũ audire Miſsam Sacerdotis vſurarij, vel latronis, aut blaſphemi, aut aliùs peccatoris, vt eſt concubinarij; & fornicarij publici; niſi, quando quis eſset cauſa, vt talis peccator celebraret, quia non erat paratus, quia eo caſu peccat mortaliter inducens ad celebrãdum talem Sacerdotem, D. Thomas 4. ſentent. diſt. 13. quæſt. 1. art. 3. & 3. par. q. 82. art. 9.

5 Sed audire Miſsam excommunicatorum, vel Hæreticorũ, vel Sciſmaticorum eſt omnino prohibitum, quia, qui cum ipſis cõmunicat, peccat mortaliter, D. Tho. loc. cit. Intellige tamen de excõmunicatis publicis per cedulones, denũciatis, vel de publicis percuſsoribus Clericorũ, ſic etiam de Hæreticis publicis, qui nulla tergiuerſatione celari poſsunt; prout in Concil. Conſtant. declaratũ fuit; nam priùs de iure antiquo erat prohibitũ audire Miſsam cuiuſcunque excommunicati.

6 Hinc ſequitur audire Miſsam ab excommunicatis occultis, & toleratis ab Eccleſia, & ab Hæreticis occultis, non eſse peccatum mort. niſi in caſu, quo quis eos non paratos induceret ad celebrandum. Sequitur etiã non eſse prohibitum audire Miſsam Sacerdotis irregularis ſuſpenſi, ſeu depoſiti, vel interdicti, vel quantumuis peccatoris, occulti tamen, & tolerati ab Eccleſia.

Quæſitum CIII.

SVMMARIVM.

1 *Miſſa audiri poteſt à Sacerdote illiterato, & idiota.*

2 *Auſcultans Miſſam non ieiunus, peccat venialiter, ſecluſa malitia, vel contemptu.*

An liceat audire Miſſam ab illiterato, vel non ieiuno?

1 Dic, quòd audire ab illiterato, & idiota non eſt prohibitum, dummodo rectè proferat verba conſecrationis, nec ſolleciſini, ſeu barbariſmi in legẽdo vitiant Miſſam, c. ſedulò 38. d. Sed optimum erit conſilium, vt bonus, & doctus Sacerdos eligatur ad celebrandum.

2 De non ieiuno auſcultante, dic peccare venialiter, & ſatiſ-

ſatiſfacere precepto, ſecluſa malitia, vel contemptu, quia tunc eſſet mortale, decentius tamen eſt, vt Miſſa audiatur ſtomacho ieiuno, & maxima deuotione, fide, & attentione, nam inter cæteros fructus vberrimos, & maximos, quos cõſequitur qui Miſſam audit, eſt (ex diuina miſericordia, & beneplacito) à periculo mortis repentinæ liberari, vt teſtatur D. Anton. fuiſſe liberatum quendam ab ictu fulminis, quia *Verbum caro factum eſt*, audierat, quæ verba ſunt in fine Euangelij S. Ioannis, quod legi ſolet in vltimo Miſſæ, 2. p. tit. 9. c. vltimo, §. 2.

Quæſitum CIV.

SVMMARIVM.

1 *Miſſa offertur ſpecialiſſimè pro illis, pro quibus Sacerdos tenetur celebrare, vel ex promiſſione, vel ex eleemoſyna accepta.*

2 *Miſſa pro aliquibus offertur generaliter.*

An plus participat de Miſſa, ſi quis audiat ſolum ipſam Miſſam, quàm ſi cum alijs?

VIdetur dicẽdum, quod cum fructus Miſſæ ex parte celebrantis, & aſtantis participetur limitatus, & taxatus, quod vbi ſunt pauciores auſcultãtes, plus participent, quam vbi ſunt plures, quia aliqua res finita diuiſa in plures diſpertitur, & minor pars cuique cõtingit, quàm
1 ſi paucioribus diuideretur, dic tamen reſolutè omiſſis antedictis apparentibus rationibus, quòd Miſſa offertur ſpecialiſſimè pro illis, pro quibus Sacerdos tenetur celebrare, vel ex promiſſione, vel ex eleemoſyna accepta.

2 Pro aliquibus verò offertur generaliter, vt pro Papa, pro Epiſcopo, pro Imperatore, & pro circumſtantibus. Hi enim generali inſtituto Eccleſiæ non defraudantur propter numerum aſtantium, maiori fructu ſatisfactionis, & meriti, nã applicatur ſingulis ſecũdum eorum gradũ, & præeminentiam. Itaque ſiue Miſsa celebratur vbi frequẽtiſſimus populus ſit, ſiue vbi pauci ſint auſcultãtes, idem eſt, Sot. 4. d. 13. q. 2. art. 1.

Quæſitum CV.

SVMMARIVM.

1 *Qui tenetur audire Miſſam, an ſatiſfaciat præcepto, ſi ſimul recitat Horas canonicas, vel aliam orationem. Adducũtur diuerſæ opiniones per totum quæſitum.*

An

An qui tenetur audire Miſsã, ſatisfaciat præcepto ſi ſimul recitat Horas canonicas, vel aliam orationem?

1 ALiqui dicunt, quòd qui audit Miſsam de præcepto, & ſimul recitat Horas Canonicas, ad quas tenetur etiã ex præcepto, vel ex voto, non ſatisfacit præcepto de audienda Miſsa, & quod peccat mortaliter, & ratio horum eſt, quia (inquiunt) ſunt duæ obligationes, quę requirunt ſeparatam attẽtionem, nam intentio vnius obligationis dirigitur ad diuerſa, putà intentio audientis Miſſam eſt dirigenda ad contemplandam Paſſionem Chriſti, & intẽtio recitantis Horas, eſt dirigenda ad laudes Domini, Silu. verb. Miſſa 2. §. 6. Armill. feſtum, §. 11. Angelus, feria, 9. 46.

Caiet. tenet poſſe recitari diuinum officium in Miſſa, dũ Sacerdos non auditur, quia ſecreta profert, & conſequenter poſſe dici omnes alias orationes, ad quas quis tenetur ex uoto, uel ex præcepto Confeſſoris, & ſatisfieri præcepto de audienda Miſſa, ſic etiam, dũ organa pulſantur, vel dum Chorus cantat; quia tunc Sacerdos non auditur, in ſummula feſti uiolat. 2. aliàs non licere.

Nauarrus tenet poſse ſimul, & audiri Miſsa de præcepto, & perſolui obligatio officij, uel alterius orationis de præcepto, uel uoto, licèt dicat eſse meliùs, ut dum Miſsa auditur, illi ſolùm uacetur, c. 21. nu. 8. & priùs cõ Sot. 4. d. 13. q. 2. art. 1. & horum ſententia eſt melior, quia intentio audientis Miſsam, & recitantis officium diuinum, non eſt diuerſa, ſed eſt circa idem, ſcilicet circa ſpiritualia, & circa laudes Domini, & ipſius cultum, & ſic non diuerſæ, nec incompatibiles actiones, quia utraque Deo uacat, Nauarr. c. 21. nu. 8. & de Horis canonicis, c. 19. nu. 178.

Si tamen quis, dũ audit Miſſam ex præcepto, & recitat eodem tempore diuinum officiũ, attenderet ſolummodo diuino officio, & non Miſsæ, & è contra peccaret mortaliter, ratione illius, cui non attendit, quia non ſatisfacit debito, quia debet vtrique pariter attendere eo modo quo poteſt, & eſt communis opinio, vide Nauar. loc. cit.

Et aduertendum, quòd peccat, non quia non poteſt vtrunque præſtare, cùm id facile ſit, quia dũ quis recitat Horas, poteſt etiam attendere Miſſæ, ſed peccat, quia non adhibet debitam attentionem, quam adhibere poteſt auditioni Miſſæ, dum recitat diuinum officium, & è contra.

Qui verò neutro attenderet, nec pręcepto de recitando diuino officio, nec de audienda Miſ-

ſa ſatisfaceret, & duplici peccato mortali omiſſionis peccaret, Gloſ. in leg. nemo C. de aſſeſſ. Nauarr. loc.cit.nu.8. Idem dic de alijs orationibus priuatis, quòd poſſunt dici, dum Miſsa auditur, & ſatisfieri tam præcepto de audienda Miſsa, quàm deuotioni, dummodo attentè dicantur, ab Angel. de Miſsa, nu. 816. ex mente Nauarr. loc. cit.

His adde audientem Miſsam ex præcepto, & ſimul recitãtem diuinum officium, ſi ſolum attendit diuino officio, & nihil de Miſsa cogitat, animo tamen audiendi aliam Miſsam eodem die, & illi, vt debet attendere, non peccare, & ſatisfacere præcepto de recitando diuino officio, dũmodo poſtea adimpleat, ab Angel. num. 118.

Quæſitum CVI.

SVMMARIVM.

1 *Colloquentes, aut cachinnantes in Miſſa, ſi ſatisfaciunt præcepto, tamen malè faciunt, dummodo non ſit tantum colloquium, quod eſſet peccatum ſcandali, quia non ſatisfacerent.*

2 *Philippum III dum viuebat, & IV. eius filium Reges Catholicos Miſsam audientes, tanquam immobiles, et deuotè in ea aſtare, aſſertur.*

An qui audit Miſſam de præcepto, & ſimul colloquitur, vel cachinnatur, ſatisfaciat præcepto de audiẽda Miſſa?

1 DIc, quod ſatisfacit præcepto, ſed malè facit. Immò tantum poſset eſse colloquium, & cachinni, vt eſset peccatum ſcandali, & non ſatisfaceret, Sot. in 4. d. 13. q. 2. art. 1.

Cum verò in cachinnis, & colloquijs, vel in oculorũ peruagationibus ad laſciuia (quod peſſimum eſt) totam Miſsam, vel maiorem partem tranſigeret, nõ ſatisfaceret, Silu. verb. Miſsa 2. §. 6. Caiet. feſti dies violat. Ang. feri. §. 48.

Sic etiam nõ ſatisfaceret, qui dum Miſsam audit, occupat ſe diuerſis negotijs diſtrahentibus mentem à Miſsa, & attentioni Miſsæ repugnantibus, vt dormiendo, vel ſcribendo ſemper, & ſimilia. Hi namque non ſatiſfacerent, & peccarent mortaliter. Qui tamen aliquantulum loquerentur, & ſubmiſsa voce, vel aliquantulum ſe occuparent, vel qui inaduertenter mente vagarentur, vtique ſatisfacerent, ſi à principio attendebant, vel attẽdere volebant, cum iuerunt ad audiendam Miſsã, quia tunc ſufficit attẽtio virtualis. Dominus

2 Iacobus Terragnolus vir inſignis, qui in Luſytania Collectoris, & in Hiſpanijs Nuncij Apoſtolici per multos annos Auditor

tor fuit, & nunc eſt Reuerendiſs. Locumtenens, & Vicarius Generalis Beneuenti, retulit ſe vidiſſe Philippum III. pijſſimũ Regem Catholicum (cuius memoria in benedictione ſit) ita deuotè, & attentè Miſſæ auditionis aſtare, vt immobilem diceres.

Idem ſcribit Maximilianus Nepos meus Cappellanus Illuſtriſſimi Patriarchæ de Sangro Nuncij Apoſtolici, de Sereniſſimo eius filio Philippo IV. ſicuti Regnorum, ita Progenitorum heroicarum virtutum digniſſimus hæres, quem Deus diu conſeruet felicem, & incolumem.

Quæſitum CVII.

SVMMARIVM.

1 *Miſſa potius audiri debet, quàm prædicatio in die feſto, ad finẽ ſatisfaciendi præcepto Miſſæ, dummodo nõ eſſet de præcepto audire prædicationem, quia ſecus eſſet.*

2 *Contemnens audire prædicationem, peccat mortaliter.*

3 *Recedens à Miſſa ante benedictionem, an ſatisfaciat præcepto, & ſic à prædicatione.*

An potiùs debeat audiri Miſſa, vel prædicatio in die feſti de præcepto, cum vtrumque audiri non poſſit?

1 DIc, quod potiùs debet quis eligere audire Miſſam, quàm prædicationem, quæ non eſt ſub præcepto, ſed ſi etiã prædicatio eſſet ei ſub præcepto, & non poſſet vtrunque perſoluere, deberet potiùs dimittere Miſſam, & audire prædicationem, vt eſſet is, qui valde ignarus eſt de neceſſarijs ad ſalutem, & de his, quæ quis tenetur credere, vel operari, hic tenetur potiùs audire prædicationem, & aliter faciendo, peccaret mortaliter, quia uideretur con-
2 temnere ſalutem propriam. Sic etiam peccaret mortaliter, qui ex contemptu non vellet audire prædicationem, Silu. verb. prædicatio §.7. D. Anton. 2. p. tit. 9. c. 11. §. 2. Armill. verbo prædica-
3 tio §. 9. Qui verò recedit à Miſſa ante benedictionem, vt poſt cõmunionem, aliqui voluerunt, quòd non ſatisfaceret, ſed melior eſt opinio dicentium, ſatiſfacere, maximè, ſi aliqua cauſa neceſſitatis diſceſſerit, D. Ant. in 2. p. tit. 9. c. 10. §. 2. Tabien. ver. Miſſa 2. §. 51. Silu. ver. Miſſa 2. §. 31.

Sed qui id haberet in vſu diſcedere ante benedictionem, nõ careret culpa, Angel. verb. fer. §. 42. Idem dic de recedentibus ante finem prædicationis in prędicto caſu, quo excluſo, quod ſatisfaceret, docet Sot. in 4. d. 13. quæſt. 2. art. 2. Nauarr. cap. 21. num. 2.

Quæſitum CVIII.

SVMMARIVM.

1 *Enumerantur omnes caſus, in quibus excuſantur qui non audiunt Miſſam in die feſto de præcepto.*

2 *Enumerantur omnes vtilitates, quæ conſequuntur ab his, qui audiunt Miſſam.*

3 *Miſſa eſt audiẽda deuota aſſtantia corporis, & mentis, & non debet eſſe nimis prolixa, nec breuior media hora.*

4 *Anniuerſarium, ſi occurrat die Dominico, celebrari debet die præcedenti, ſcilicet in Sabbatho, & non die ſequenti.*

5 *Si quis moritur in die Paſchatis, debet tumulari in craſtinum.*

An ſit aliqua cauſa, quæ excuſet ab auditione Miſſæ in die feſto de præcepto?

1 DIc, quòd ſic, vt impotẽtia, grauis infirmitas, carceratio, longa nauigatio, & ſimilia, nam impoſſibilium nulla eſt obligatio, l. poſſibilium digeſt. de reg. iur. Hinc, qui ſunt in mari, non tenentur audire Miſſam (quam vocant) ſiccam, nec qui ſunt infirmi tenentur conſtruere Sacellũ domi, vt audiant Miſſam, nec poſſunt ſupplere audiẽdo poſtea plures Miſſas in vna die, vel præueniendo audire plures antea, quia ad id non tenentur, nec eo modo ſatisfacerent, vt nec ſatisfaceret, qui ex negligentia omitteret Miſſam in die feſto animo ſupplendi alijs diebus, Innoc. & Abb. in c. 1. de celebrat. Miſſ. Nauar. c. 21. nu 7. & c. 10. nu. 55. Et ratio eſt, quia auditio Miſſæ eſt obligatio, & penſum illius diei feſti, quo trãſacto non ſuppletur alio die, vt etiam de recitatione diuini officij, vt ſuo loco, Deo duce, dicemus, D. Thom. in quodlibet. 3. art. 29.

Qui verò ex leui quadam negentia, vel inaduertentia, quæ caret lata culpa, omitteret audire Miſſam, excuſaretur à mort. Caiet. feſt. dies in principio, Abb. in c. 1. de vit. & honeſt. cler. num. 1. & in c. Dominicis de Parochijs, poteſt quis partem, quã omiſit in audienda Miſſa, legere, vel ſibi legi facere, & adimplere præceptum, vt dictum eſt, Nauar. c. 21. nu. 1.

Excuſantur etiam ab auditione Miſſæ excommunicati, & interdicti, etiam occulti, immò audiendo peccarent mortaliter, Nauarr. vbi ſupra. Adde, quòd ſi quis non eſſet excommunicatus verè, ſed ab alijs reputaretur, vt talis, excuſaretur, & non deberet audire ad euitandum ſcandalũ, & audiendo peccaret mortaliter, Couar. in reg. pecc. 3. p. nu. 14.

Excuſantur puellæ virgines, ob periculum, ſi adeſset, alijs

non, item & matres earum ob periculum puellarum, matribus euntibus ad audiēdam Miſsam, Sot. in 4. d. 13. q. 2. art. 10.

Excuſantur perſonæ honeſtæ carentes veſtibus conuenientibus ſecundum earum ſtatum, & conditionem, ſed intellige, dummodo non ſe exerceant in alijs negotijs peragendis extrinſecis.

Excuſantur etiā mulieres viduæ, ubi loci conſuetudo eſset, ut per tot menſes uiduæ non egrediantur de domo, quæ conſuetudo mihi non placet.

Excuſantur etiam mulieres puerperæ per triginta, uel quadraginta dies, ſed hæc conſuetudo eſt ſublata, ut cap. 1. de puri, poſt partum, ubi tamen uigeret, poſset obſeruari.

Excusātur puellæ nubiles per totum tempus uirginitatis, ubi uiget hæc conſuetudo, & hoc ad euitandum periculum honeſtatis. Sed ſi eædem poſtea exirent ad conuiuia, uel ad profana feſta, non excuſarentur ab auditione Miſsæ, Sot. 4. d. 13. q. 2. art. 1. Nauarr. loc. cit.

Excuſantur imbecilles corpore, nec tenentur adire in ſella geſtatoria, uel in curru, ſimiliter excuſantur, qui timent ſibi ab inimicis, Sot. & Nauār. loc. cit.

Excuſantur ſeruientes infirmis, ſi ob abſentiam eorum, infirmi incurrerēt periculum corporale, uel ſpirituale, Nauarr. loc. cit. etiam ſi ſeruiētes eſsent Religioſi, quia præualet in hoc opus qualitatis.

Excuſanter qui iter facturi neſcirent uiam, & comites eorum ſcientes nollent expectare, & non expectantibus, illi uiam aberrarent, uel eſset periculum incidendi in latrones.

Excuſantur laboratores, qui longo ſpatio ab Eccleſia diſtāt, puta, ad tria miliaria, vel vltra, nam nō dicitur poſſe fieri, quod commodè fieri non poteſt, l. nepos procul ff. de verb. ſign. Nauarr. conſ. 2. de fer.

Excuſantur matres, vel nutrices habentes filios lactentes, quos ſine periculo non poſſent relinquere.

Excuſantur cuſtodes animalium, & quorumcunque bonorum, ſi eorum abſentia damnum temporale timeretur, nec tenentur deſerere gregem, Nauarr. conſ. 5. de fer. ſecus ſi poſſent alios cuſtodes in eorum locum relinquere.

Excuſantur mulieres cōiugatæ, & aliæ, quarum cura eſt parare domi neceſſaria familię, nec poſſunt alio modo ſupplere domeſticis neceſſarijs, vel quia viri, vel Domini exire prohibent, D. Anton. 2. par. tit. 9. c. 12. §. 2. Nauarr. c. 21. nu. 3. Silueſt. verb. Miſſa 2. §. 2.

Serui, ſi à Dominis prohibentur, verùm ſi id negaretur eis in contemptum Religionis, non tenerentur eis obedire, immò

tene-

tenerentur omnino ab eis diſce dere, Silu. verb. Miſſa 2. §. 2. Sot. in 4. diſt. 13. q. 2. art. 1. Armill. & Tabien. verbo Miſsa §. 30. & 37.

Denique excuſantur ab auditione Miſſæ omnes, qui iuſto impedimento detinentur, D. Anto. & Nauarr. vbi ſupra, & etiã excuſantur, qui bona fide putant eos eſse impeditos, Caiet. feſt. viol. nu. 1. Et aduertendũ, quòd in omnibus antedictis caſibus excuſationis, debet eſse vera cauſa excuſationis, vel ſaltẽ putata, aliàs non excuſat, & eo tẽpore, quo quis legitimè excuſatur, & impeditur ab auditione Miſsæ, debet ſaltem eleuare mẽtem ad Deum, & dicere alias orationes, nam ſi vacaret ludis alearum, dicerem eum non excuſari, cum Scoto in 3. ſent. d. 9. & 17. q. vnica, & Angel. ver. feriæ §. 46. Aliqui tamen dicunt, id non eſſe de præcepto, ſed de cõgruo, quibus reſpondeo (ſalua meliori ſententia) quòd cùm quis in die feſto de præcepto teneatur audire Miſſam, & in ea contemplari beneficium redemptionis, & propterea per illud paruum ſpatiũ ſaltem in diuinas laudes ſe occupare, quæ eſt ratio, vt cum Eccleſiam adire impediatur, & poſſit domi Deum laudare, & ſupplere, vt potiùs in ludis ſe exerceat, & excuſetur, nullam ego agnoſco rationem.

2 Debet ergo quicunque Fidelis in die feſto, niſi excuſetur, vt ſupra, audire Miſſam, immò conſulo & in profeſtis, nam maximas conſequũtur vtilitates, qui audiunt Miſſam; & prima eſt vtilitas, quòd aſſiſtunt Deo, & quantùm ſit Deo aſſiſtere, ipſe conſidera. Secunda magis illuſtratur radijs gratię, tanquàm Deo propinquior. Tertia exercet actum virtutis, qui eſt maximi meriti. Quarta, ſi qui audiunt Miſſam, ſunt in peccato mortali, Deus interdum ex miſericordia illos mouet, adiuuat, illuſtrat, & diſponit ad contritionem. Quinta, ſi ſunt in gratia, datur eis augmentum gratiæ, & remiſſio venialium. Sexta datur eis remiſſio ex maxima parte pœnarum pro culpis debitarum. Septima liberat à multis periculis corporalibus, vt teſtantur SS. Auguſtinus, & Antoninus, & etiam ſpiritualibus, ac Dæmoni ligamen imponit, vide Diuum Antoninum 2. par. tit. 9. cap. 10. §. 15.

3 Eſt igitur Miſſa audienda deuota aſtãtia corporis, & mentis, quæ Miſſa nõ deberet eſſe nimis prolixa, nec breuior media hora, vt concludit lucidiſſimum Sydus Religionis Ieſuitarũ P. Marius de Ancri Magiſter meus, in lectiónibus de auditione Miſſæ, ad 3. quæſitum, & hoc ob multorum indeuotionem hiſce noſtris temporibus, licet nõ deſint, qui huic myſterio ſacratiſſimo,

& auguſtiſſimo, vt decet, attendant, & intendāt, & aſtantes corpore, & mente, fructus capiunt vberrimos, & ſuauiſſimos ſpiritualis augmenti.

4 Nota hic obiter, quod ſi anniuerſarium pro defunctis occurrat in die Dominico, debet celebrari die præcedenti, ſcilicet in Sabbatho, & non die ſequenti, vt citiùs ſuccurratur pœnis defun-
5 ctorum. Et ſi quis moriatur in die Paſchatis, debet tumulari in craſtinum, & quod in die feſto non debet dici Miſſa pro defunctis, niſi præſente cadauere, ſed hoc fallit in die Paraſceue, vide Io. de Selua in tract. de beneficio 3. p. q. 5.

Quæſitum CIX.

SVMMARIVM.

1 *Sumptio Sanctiſſimi Sacramenti vocatur communio, quia per ipſam vnimur Christo.*
2 *Quare Summus Pont. in Miſſa ſolemni conſecret ad Altare, & ſolio communicet, latè exponitur.*
3 *Diuus Thomas compoſuit Officium Corporis Chriſti, iuſſu Vrbani IV. Summi Pontificis.*
4 *Berengarius hæreticus ab hæreſi ſe emendauit, ob proceſſiones Sanctiſſimi Corporis Chriſti.*

Quare ſumptio Sanctiſſimi Sacramenti appelletur Cōmunio, & Summus Pontifex in Miſſa ſolemni conſecret ad Altare, & in ſolio communicet?

1 DIc, quod licet ſuſceptio omnium Sacramentorū poſſet dici communio, quia per ipſa vnimur Chriſto, vt ait Iſid. lib. 1. epiſt. 228. tamen ſuſceptio Sanctiſſimæ Euchariſtiæ modo quodam inſigniori vocatur Communio, quia vnica, & perfecta Hoſtia, fide exiſtimanda, nō ſpecie, nec exteriori viſu cenſenda, ſed affectu interiori; ſi dignè ſumatur, cōciliat nobis cum Deo coniunctionem, & nos ſibi incorporet, dicitur etiam grecè Synaxis, id eſt vnio, quia omnium Fideliū communis eſt vnio, D. Dionyſ. in lib. de Angel. Hierarch.

2 Quando verò in Altare conſecrat, & in ſolio communicat, ſignificat Chriſtum cœnantē cum diſcipulis in Cœnaculo, & ſignificat eundem affixum Cruci, & coram omnibus paſſum, & repræſentat eundem, quaſi reclinātem in Cruce; & vno, & eodem actu repræſentat vtrūque ſacrificium, nempe cruentum, et incruētum.

Dum autem communicat, ſumit Hoſtiam ad ſiniſtrum latus ſedis Pontificalis, et ſanguinem ad dextrum, tunc repræſentat ſanguinem cum aqua, è latere

Chriſti effluxām, ſed Hoſtiam ſumit ad ſiniſtrum, & diuidit cū ſanguine inter Diaconum Cardinalem, & Subdiaconum Apoſtolicum, vt inſinuet Communionem in Cœnaculo illo inſtitutā, & ita illic ſubminiſtratam præſentibus Apoſtolis.

Et ſumit cum calamo in Calice, vt calamum Chriſto in Cruce affixo, porrectum ad potandum repræſentet, & ſignificat amaritudinem paſſionis, & cùm Miniſtri ſumant partem ſanguinis, inſinuatur Miniſtros communicare partem eiuſdem Paſſionis. Qui vult myſteria hęc fuſius noſſe, legat doctiſſimum tractatum Admod. R. P. F. Angeli Rocchæ Apoſt. Sacrarij Præfecti.

3 Additur hic pro curioſis, quòd Officium Sanctiſsimi Corporis Chriſti fuit compoſitum à B. Thoma Doctore Angelico iuſsu Vrbani IV. qui feſtum inſtituit, à quo in præmiū retulit columnam argenteam, ita Nauclerius, referente Genebr. in ſuis Chronicis, ſed poſt centum annos Papiæ cœpit illuſtrarius Sanctiſſimi Sacrament. quia Corpus Chriſti fertur per Vrbes, & loca in ferculum, ita Chron. Baſſij, atque à Papia in reliquas Occidētis partes manauit vſus Proceſſionis, & ſolemnitas, præſertim Andegauum, vbi Berengarius fuerat
4 hæreticus, qui ab hæreſi ſe emendauit, & ſolemnem cōfeſſionem veritatis emiſit.

Summi Pontifices, qui Miſſæ aliquid addiderunt, & ordinauerunt, ut ex uitis illorum colligitur.

Marcus Papa primus ordinauit, vt in Miſſa cantetur Symbolum Nycenum, & Cæreum Paſchale.

Anaſtaſius Papa conſtituit, vt ſtaretur, dum Euangelium cantatur, vel legitur.

Innocentius, vt in Miſſa detur oſculum pacis.

Zoſimus ordinauit benedictionem Cęrei.

Cęleſtinus ordinauit cantari Pſalmos, & Antiphonas, ideſt Introitum ante ſacrificium, nam prius ſolum Epiſtola, & Euangelium dicebatur.

Diuus Gregorius Papa iuſſit cantari, & dici in Miſſa Kyrie eleiſon; vt Gloria in excelſis Theleſphorus; Collationes Gelaſius; Epiſtolam, & Euangelium Hieronymus; Alleluia ſumptum eſt ex Eccleſia Hieroſolymitana; Symbolum in Concilio Nyceno; Mortuorum in Miſsa commemorationē Pelagius ordinauit fieri ſæpius.

Theleſphorus ordinauit Ieiunium ante Paſcha per ſeptem hebdomadas, & vt tres Miſsæ in Natiuitate Domini dicerentur, c. nocte ſancta, de conſecrat. diſt. 1. & c. conſuluiſti de celebr. Miſs.

Leo III. iuſſit thus in Eccleſia adoleri.

Sergius, vt cantaretur Agnus Dei.

Vrbanus IV. iuſſit fieri à D. Thoma Officiũ Corporis Chriſti, & Sanctus habuit in præmiũ columnam argenteam, ita Naucſerius, referente Genebr. vt dixi ſupra quæſit. 109. in fine. Extat hoc Officium cũ Miſsa, & Hymno, *Lauda Sion*, in opuſculo 57. inter opuſcula S. Thomæ.

Submitto omnia correctioni Sanctæ Matris Eccleſiæ.

Ego Antonius Ragucius.

FINIS.

Imprimatur.

Alexander Boſch. Epiſc. Carinolæ, Vic. Gen.

Marſilius Merula S.Th.D. Canonicus Neap. Dep.
M.Fr.Dominicus Grauina Ord.Præd.Cur.Archiep.Theol.

ANT 1.315.361-

6495